Hinc & hinc fuſis ſpatioſa uelis
Strata ludenti patuere cymbe
Et uacat merſos numerare piſces
Hic ubi ingenti modo ſub procella
Cyclades pontum timuere motæ
Nulla ſors longa eſt dolor ac uoluptas
Inuicem cedunt breuior uoluptas
Iam p rmutat breuis hora ſummis
Ille qui donat diadema fronti
Quem genu nixæ tremuere gentes
Cuius ad nutum poſuere bella
Medus & phœbi propioris indus
Et dacæ parthis equitem minanti
Anxius ſceptrum tenet. & mouentes
Cuncta diuitias metuitque caſus
Mobiles rerum dubiumq; tempus
Vos quibus rector maris atq; terræ
Ius dedit magnum necis atq; uitæ
Ponite inflatos tumidoſq; uultus

BER. ¶Lapſis:iacētibus clotho una ex tribus parcis miſcet & ꝑmutat oia:nūcun⁹ ꝓſperā fortunā mō aduerſam habet. Stare:perſeuerare. Rotat uoluit unde fortūa dr̄i rota. Fatū:omnē conditionem hois. Turbine:uolubilitate.

QVis me:principiū ē ḡrti act⁹ i quo tractabit mors filioꝝ thyeſtis:iſta quæ tātū ſunt ſcelerata nō agunt in ſcena ſed ea nūci⁹ narrat primoq; facit attentos ob tātam crudelitatē: dicens quod uellet aſportari in aliquē locū deſertū ne uideret tāta flagitia:dicit ſum ne in'grecia an inter gentes barbaras q̄ dicūt cōedere carnes humanas. Eripiat:ne uideam tantū ſcelus. Sparte:mice ne:lacedemō quoq; dicit urbs quæ fuit ſub impio atrei. Impios:atreū & thyeſtē fratres crudeles. Chorint⁹:urbs fuit achaie ſuper iſtmon in medio maris ionii & egei conſtructa quæ ephira uocata eſt unde dicit premens fauces. loca illa anguſta:hoc eſt iſthmō. Gemini maris.ſ.ionii & egei. Hiſter:maxius ē fluuioꝝ europe alio nomine danubius qui uerſus ſeptentrionē ꝑ innumeras gentes defluit Alanis:fugiēs ꝑ alanos populos ſcytharū regio ut plini⁹ li.xvi.teſtatur q̄ panteris & pardis & maxime tigrib⁹ abūdat. Scythe:ſeptentrionalis ſunt Europe populi non habentes certas domos:ideo uagi & inſtabiles. Si ſteterit:ſi potero narrare:dicā ſed ſum totus attonitus. Hæret. ad huc uideor uidē illud ſcelus tam ingens ideo inſanæ magne procelle exportate meme uideam iſta. In arce: iterrogatus erat nuncius a choro ut narraret hoc ſcelus qđ ipſe uiderat:reſpōdet & primo deſcribit locū ubi factū fuit. In arce:ubi ſolebāt habitare reges. Ad auſtros:ad meridiē. Extremū:ultia pars. Creſcit:eleuat& ita alta ſicut mons Præmit ſub ſe tenet. Sub ictu:ut poſſit percutere ex hoc loco eleuato. Contumacem:rebellē. Immane: magnū i hac parte eſt ātriū & porticus maxima in q̄ ſolent cōuēire populi ad loquēdū regib⁹. Ferūt:ſuſtinēt columne mar moris nūidici & uariis maculis diſtincte. Poſt nota:ultra hæc loca omnib⁹ patētia ali⁹ ē ſecretior ſolis regib⁹ cōceſſus. Patet:eſt ampla:non quod omnes ingrediāt. Cō peſcens:circundās. Penetrale:loca ſecretiora ubi tenebā tur dii domeſtici uult facere omnia cōuenientia ad ſcelus non ſunt arbores fructuoſæ ſed horribiles qualesſolēt dari'mortuis. Lætos:quæ ferant lætitiam.

DAN. ¶Quis.&c.Septimo carmini caput trimetro iambico conſiſtenti & origo ē quartus act⁹ oblitus pietatis atreu nepotes trnncat in fruſtra & partim lixos parti aſſos apponit epulāti fratri. iterlocutores nūci⁹ ſceleris & chor⁹ deteſtās ſcelus primū igit narrat facin⁹ deide ut grauitate ipſius cælo q̄primū ortæ tenebræ. Sparte:i lacōia ciuitas oli egregia & noſtris itē tēporibus celebris fama & ſingulari eruditione Demetri Moſcopli q me græcas litteras uenetiis ñ min⁹ hūaniter q̄ docte & erudite edocuit:Quē uiꝝ ſi uideas ñ min⁹ames q̄ uenereſ:tāta i eo hūanitas tāta oris & aſpect⁹ gratia cui⁹ uirtutes egregias ſingularis māſuetudo admirat & uehemēs erga diſcipulos ſuos bēiuolētia atq; i erudiēdis ipſis ſtudiū & cura ñ mediocris. Scythæ: uagi popnli ſeptētriōarii alit ſcoloti dicti ſcithæ a r̄ge ut ſcri.herodot⁹ & Stra.her.poſt Gerionē deuictū uēit ad ea loca deſerta & uict⁹ frigore dormiuit leonis pelle opertus expectus nō iuenit equas q̄ ſuū traherēt carrū : q̄ ſitibūd⁹ igit i hylea puenit uirginē offendit cui⁹ genitalia erāt ſempiterna ab ipſo uero femore ſupnæ ptes hūanæ hæc ap đ ſe equas ſtabulari ē faſſa ſed nolle reddere niſi amplecteret ſe geſſit morē uirgini hercules grauidæ dono dedit arcu;

Q uicquid a uobis minor extimeſcit
Maior hoc uobis dominus minatur
Omne ſub regno grauiore regnum eſt:
Q uem dies uidit ueniens ſuperbum
Hunc dies uidit fugiens iacentem
Nemo confidat nimium ſecundis
Nemo deſperet meliora lapſis
Miſcet hæc illis prohibetq; clotho
Stare fortunam rotat omne fatum
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri
Res deus noſtras celeri citatas
Turbine uerſat.

Act⁹.iiii.Nūcius & chor⁹.Nūci⁹ loqtur

QViſ me ꝑ auras t̄bo p̄cipitē uehet
Atraq; nube iuoluet:ut tātū nefas
Eripiat oculis o dom⁹ pelopi quo
Et tātalo pudēda.cho q̄d portas nouī (q;
Nū quæ nā iſta r̄gio ē ſpte & argios ipios
Sortita fratres & maris gemini p̄mens
Fauces corinthus an feris hiſter fugam
Præbens alanis an ſub æterna uiue
Hyrcana tellus:an uagi paſſim ſcythæ:
Cho.qs hic nefandi ē cōſcius mōſtri loc⁹
Effare:& illud pande quodcūq; ē malū
Nun.Si ſteterit aius ſi metu corp⁹ rigens
Remittet artus heret in uultu trucis
Imago facti.ferte me inſanæ procul
Illo procellæ ferte quo fertur dies
Hic capt⁹ cho.aios grauius i certo tenes
Q uid ſit qđ horres effer.auctorē indica.
Nō quæro quis ſit:ſed uter.effare ocius
Nō in arce ſumma pelopis pars ē domus
Cōuerſa ad auſtros:cuius extremū latus
Aequale monti creſcit atq; urbē premit
Et contumacem regibus populum ſuis
Habet ſub ictu:fulget hic turbæ capax
Immane tectum:cuius auratas trabes
Varii columne nobiles maculis ferunt
Poſt iſta uulgo notaque populi colunt
In multa diues ſpacia diſcendit domus
Arcanam in imo regia receſſu paret
Alta uetuſtum ualle cōpeſcens nemus
Penetrale regni nullaque lætos ſolet
Prebere ramos arbor aut ferro coli
Sed taxu & cupreſſus.& nigra ilice
Obſcura nutat ſilua quā ſupereminens

cū ſagittis

Deſpectat alte quercus & uincit nemus
Hinc auſpicari regna tantalidæ ſolent
Hinc petere laſſis rebus & dubiis opem
Affixa inhærent dona: uocales tubæ
Fracti currus ſpolia myrtoi maris
Victæq; fallis axibus pendent rotæ
Ft oẽ gẽtis facinus hoc phrygius loco
Fixu tiaras pelopis hic præda hoſtium
Et de triũpho picta barbarico chlamys.
Fons ſtat ſub umbra triſtis & nigra piger
Hæret palude talis eſt diræ ſtygis
Deformis unda quæ facit cœlo fidem
Hic nocte tota gemere ferales deos
Fama eſt cathenis lucus excuſſus ſonat
Vlulantq; manes quicquid audire ẽ met?
Illic uidetur errat antiquis uetus
Emiſſa buſtis turba; & inſultant loco
Maiora notis monſtra quin tota ſolet
Micare flammis ſilua: & excelſæ trabes
Ardent ſine igne ſæpe latratu nemus
Trino remugit ſæpe ſimulacris domus
Attonita magni nec dies ſedat metum
Nox propria luco eſt & ſupſtitio infernũ
In luce media regnat hinc orantibus
Reſponſa dant certa: cum ingenti ſono
Laxantur adyto fata; & immugit ſpecus
Vocem deo ſoluente quo poſtq; furens
Intrauit atreus liberos fratris trahens
Ornantur aræ, quis queat digne eloqui
Poſt terga iuuenũ nobiles reuocat mãus
Et mõſtra uitta capita purpurea ligat
Nõ thura deſunt; nõ ſacer bacchi liquor
Tãgens ue fuſa uictimam culter mola
Seruatur omnis ordo ne tantum nefas
nõ rite fiat. cho. qs manũ ferro admouet?
Nun. Ipſe ẽ ſacerdos; ipſe funeſta prece
Lœtale carmen more uiolento canit.
Stat ipſe ad aras; ipſe deuotos neci
Cõtrectat & compõit; & ferro admouet
Attendit ipſe nulla pars ſacri perit
Lucus tremiſcit; tota ſuccuſſo ſolo
Nutauit aula dubia quo pondus daret
Ac fluctuanti ſimilis e leuo æthere
Atrum cucurrit limitem ſidus trahens
Libata in igne uina mutato fluunt
Cruenta baccho; regium capiti decus
Bis terq; lapſum eſt; fleuit in tẽplis ebur

cum ſagittis filioq; qui naſceretur regnum traderet mandauit ſi adultus arcum tenderet peperit Agathyrſum gelonum & Scytham ſolus ſcytha tendens arcum a matre regnum accepit a quo populi ſcythæ denominati.

¶ Coſi: ut ſolent fructiferæ ſed ſunt taxus arbores tantæ BER.
ifælicitatis ut q ſub ea ſõmnũ cepit moriat ut refert Plini? cupreſſus datur ſacris mortuorũ eius naturæ ut ſemel eradicata nunq; pullulet. Nigra ilice: quæ eſt ex genere quercus. Vincit. ſ. altitudine ſua. Hinc: ab hac arbore ſolẽt reges tantalide petere reſponſa ad hãc arborẽ erãt ſuſpẽſa trophea & monumenta regum. Tube uocales: ſonore.

Mirtoi: ſuperius hiſtoriam enarrauimus de pelope qui uictoriã de hypodomia habuit. Tiaras: uel hæc tiara dicit geſtamẽ capitis quod ſolebãt portar lydi & phrigii: pelops n. de phrigia fuerat. Chlamys ueſtis militaris picta acu: q inuẽtũ ẽ phrigiũ ide phrygiones dicũtur q ueſtes argẽto & pictura diſtinguũt. Fõs ſtat: præterea ſub hac quercu ẽ fons triſtis & niger nõ currẽs talis ut eſt ſtix palus infernalis per quã iurant dei unde dicit q̃ facit cœlo fidem. ſ. per iuramẽtum. Ferales: deos infernales. Excuſſus: audiũt ibi ſtrepitus cathenarum. Manes: aiæ mortuorum. Vidẽtur. ſ. oculis. Buſtis: ſepulchris. Notis: imaginibus cognitis: horribiliora ſunt tibi monſtra: quam unquam audiuimus in mundo. Sedat: tollit licet ſit medius dies uidẽt talia monſtra. Infernũ. p infernoꝝ. Laxãt apiunt. Succuſſo: cõmodo. Dubia. i q̃ ptẽ caderet. Artũ: apparuit ſtella q̃ trãſcurrẽs p cœlũ reliqt caudã nigrã i ſigno mortis

¶ Quercus: arbor in manu Iouis: unde tẽplum Romæ DAN.
Iouis fagutal inſigne ſublimi quercu. ſic dicta a grauitate unde querquera febris frigida cum tremore dicitur hæc d qua meminit quercus habebat ſpolia rapta ab antiquis regibus græcorum ſuſpendere ſpolia i poſtibus templorũ cõſueuerunt ueteres ut apud Homerum in templo pallados et apud Virg. in octauo. Captiui pẽdent currus &c. & filius tralicus de templo canẽs ſtructo a didone. Auſpicari: hinc ſceptra accipere. & primos attollere faſces. Regib? omen erat auſpicari eſt auſpitio aliquid incipere & aliquãdo trahitur ad malam partem ut apud Plinium. Homo infeliciter natus a ſuppliciis, uitã auſpicatur inuentor cui? extitit thyreſias thebanus ide auſpicium capit̃ p ductu & pricipio qd̃ a ſolo duce capit̃. Trino latratu: quaſi cerberi latratu. Sup, ſtitio: ut teſtat̃ i Terentiũ Donatus, pficiſcitur ſupſtitio a timore ideo falſa religio ẽ. nã ſupſtites dicimus diu uiuentes qui frigeſcentes in inſaniam conuertũtur & fiunt ſtupidi. Liberos fratris: non deſunt q uelit unum tantum modo tautalum trucidaſſe. hic philiſthenem & tantalum: liberi numero multitudinis dumtaxat dicũtur filii & filios & filiã caliſtratus putat nepotes & pronepotes intelligi. Aulus Gelius ex auctoritate Sempronii affirmat gracchum commẽdaſſe liberos ſuos populo cũ unũ tantum uirilis ſexus eodem tempore haberet filiũ. Vitta: faſciola qua ligantur crines uiere ueteres uincire dixerunt hinc uietores q religant lagenas fractas Gelius teſtimõio Acci uieta dixit mollia uittas molam & cultrum inſtituit in ſacrificiis pmetheus q primus bouem immolauit. Limitem ſidus trahens: prodigioſa lampas ſignum immittentes ſceleris: ſcribit eſſe genus Lampadis quam dicunt βολίδα quæ perpetuo ardens longiorẽ trahit limitem qualis apparuit cum lacedæmonii claſſe uicti græciæ imperiũ amiſere: ſiue referas ad ſolẽ: qui cœperit caligare. & propter horrorẽ ſceleris tenebrari: quod quidẽ nõ probo.

BER. ¶ Constat sibi:non perdit animum sed minabatur diis. Itaq; post hæc omnia parata sine ulla mora assiluit aras, ut occideret pueros:primo dubitans quem prius occideret:& facit simulitudinem de tigri quæ inter duos iuuencos dubitat in quem prius debeat irruere:ita facieba atreus demum decreuit incipere ab illo qui habebat nomen aui tantali. Capita:pueros illos. Deuota:destinata. Ire: uindictæ suæ. Perfunctus:qui fecerat. Iubatus: fecit Atreus sicut leo in medio armenti quando prosternit animalia maiora fessus uadit ad minora. Iubatus:qui habet iubas:crines pendentes a collo. Armenia:uersus orientem Incubat:instat. Rictus:rostrum aspersum sanguine:licet amplius non famescat:tamen non cessat a cede. Exegit: pertransiuit. Vtrunque:scilicet pectoris & tergi:q̄re gladius penetrauerat ad aliam partem:& ita erant duo foramina. O sæuum:exclamat chorus audiens tantam crudelitatem:sed respondet nuncius q̄ sunt multo peiora:q̄ illos lacerauit & coquit:ut daret comedēdos fratri thyesti: apparuerūt multa prodigia.uidebatur ignis nolle coquere illos:fumus non ascendebat: sed diffundebatur p totā domum:sol obscuratus est. Natura recipit:quasi dicat:nihil peius posset dici nec fieri. Gradus:principium non finis. Licet:multo melius fuisset quod dedisset comedendos feris. Pabulū: appositio est. Sub hoc regno atrei.

DAN. ¶ Tigris animal uelocitatis tremendæ.hyrcania & india fert.hyrcani tigrim sagittam uocant inde a uelocitate & amnis & animal dictum est:a partu posito truculentum ualde & asperum.Ganges fluuius per indiam fluit nouē alueis appellat̄ physon a sacra scrip.& circuit totā terrā eiulath:& genera pigmētoꝝ trahit de fōte paradisi:ut ffert diuus Hieronymus scribens ad Rusticum Gallum monachum.inde Gangeticus declinatur. Truncus ideſt sine capite.ut ait Virgilius.Iacet ingens littore truncus. Dicitur autem truncus re necessaria priuatus. Seneca appellat inferius œdipum truncum cum esset tātum cæcus. Silua iubatus:comæ in collo densæ& crispiores leoni præcipua generositas ita quidem omnium est animalium generosissimus:terretur tamen crista & cantu gallorum & maxime igni:in Armenia & affrica præcipuæ magnitudinis leonem tractare fuit anno carthaginensis. Damnatusq; est. Comparat leoni Armenio irato profanum Atrea:ut leo non contentus iuuencorum cæde ruit etiam in Vitalos sic Atreus cui non sat fuit geminos trucidasse tertium letho addidit:eodem impetu rapitur Diomedes contra troas fractos ipse etiam fessus ita Homerus in.ε.Iliados de leone loquens furibūdo & indomito cui ipsum comparat Diomedem.τοῦ μὲν ἄρ ὥρουσε:μετὰ δ' ἐτοῦ μῆρα μύγει.ἀλλάκατα ζαθέοιο δύῃ.τὰ δ' ἔρυμα φοβεῖται.&c.

Mouere cunctos monstrat:sed solus sibi
Immotus atreus constat atq; ultro deos
Terret minantes iamque dimissa mora
Assiluit aris:toruum & obliquum intuēs
Ieiuna siluis qualis in gangeticis
Inter iuuencos tigri errauit duos
Vtriusq; prædæ cupida quo primos ferat
Incerta morsus:flectit huc rictus suos
Illo reflectit:& famem dubiam tenet.
Sic dirus atreus capita deuota impiæ
Speculatur iræ:quem primo mactet sibi
Dubitat.secūda deinde quē cæde imolet
Nec interest:sed dubitat:& tantū scelus
Iuuat ordiar.cho.quē tamē ferro occupat
Nū.Primus locus ne deesse pietas putes
Cho.Quo iuueis aio:quo tulit uultu ne
Nū.Stetit sui securus:& nō ē preces Cē
Perire frustra passus:at illi ferus
In uulnere ensē abscōdit: & penit9 p̄mēs
Iugulo manum commisit.educto stetit
Ferro cadauer.Cunq; dubitasset diu
Hac parte an illa caderet:in patruū cadit
Tunc ille ad aras phīlistenem sæu9 trahit
Addicitq; fratri.colla percussa amputat.
Ceruice cesa truncus in pronum ruit.
Querulū cucurrit murmur̄ incerto caput
Cho.qd deinde gemia cede pfunct9 facit
Puero ne parcit,an scelus sceleri ingerit:
Nu.Silua iubatus qualis armenia leo.
In cede multa uictor armento incubat
Cruore rictus madidus:& pulsa fame
Nō punit iras:hinc & hinc tauros p̄mēs.
Vitulis minatur dente iam lasso piger.
Non aliter atreus seuit atq; ira tumet.
Ferrūq; gemina cede perfusum tenens
Oblitus in quem rueret infesta manu
Exigit ultra corpus:at pueri statim
Pectore receptus ensis in tergo extitit
Cadit ille.& aras sanguine extinguēs suo
Per utrūq; uuln9 morit̄.cho.o seuū scel9
Nū.Exhorruistis.hacten9 nō stat nefas.
Plus est.cho.an ultra maius aut atrocius
Natura r̄cipit.nū.sceleris hūc finē putas
Grad9 ē:cho.qd ultra mai9 aut atroci9
Lanianda forsan corpora atq; igne arcuit
Nū.utinā arcnisset ne tegat fūctos hum9
Nec soluat ignis auidus, epulandos licet.

Feriſq;

Feriſq; triſte pabulum ſæuis trahat:
Votum eſt: ſub hoc qđ eẽ ſuppliciũ ſolet:
Pater inſepultos ſpectet o nullo ſcelus
Credibile in æuo: quoq; poſteritas neget:
Erepta uiuis exta pectoribus tremunt
Spirantq; uenæ: corq; adhuc pauidũ ſalit
At ille fibras tractat: ac fata inſpicit.
Et adhuc calentes uiſcerum uenas notat:
Poſtquam hoſtiæ placuere: ſecur⁹ uacat:
Iam fratris epulis: ipſe diuiſum ſecat
In membra corpus: amputat trũco tenus
Humeros patentes & lacertorum moras:
Denudat artus durus atq; oſſa amputat.
Tantum ora ſeruat: & datas fidei manus.
Hæc uerubus hærẽt uiſcera: & lẽtis data
Stillant caminis illa flammatus latex
Q uerente aheno iactat impoſitas dapes
Tranſiliit ignis hincq; trepidantes focos
Bis terre geſtus & pati iuſſus moram
Inuitus ardet: ſtridet in uerubus iecur:
Nec facile dicã corpora an flãmæ gemãt
Gemuere. piceus ignis in fumos abit
Et ipſe fumus triſtis ac nebula grauis
Non rectus exit: ſeq; in excelſum leuat
Ipſos penates nube deformi obſidet.
O phœbe patiens fugeris retro licet:
Medioq; ruptum merſeris cœlo diem:
Sero occidiſti laniat gnatos pater:
Artuſq; mandit ore funeſto ſuos:
Nitet fluente madidus unguento coma:
Grauiſq; uino ſæpe præcluſæ cibum
Tenuere fauces: in malis hoc unum tuis
Bonũ eſt thyeſta: quod mala ignoras tua.
Sibi hoc peribit: uerterit currus licet
Sed ipſe titan obuium ducens iter:
Tenebriſq; facinus obruat tetrum nouis:
Nox miſſa ab ortu tẽpore alieno grauis:
Tamen uidendum eſt: tota pateſiãt mala

Chorus loquitur.

O Vo terrarum ſuperumq; patens
Cuius adortus noctis opace
Dec⁹ omne fugit: quo uertis iter.
Medioq; diem perdis olympo.
Cur phœbe tuos rapis aſpectus:
Nondum ſeræ nuncius horæ .
Nocturna uocat lumina ueſper.
Nondum ſere flexura rotæ
Iubet emeritos ſoluere currus.

¶ Eſt uotum: ſolent timere alii ne ſepeliãtur ſed ibi poteſt optari: quare maius facinus eſt factum. Supplicium. ſ. re linquere inſepultos eſt uotum deſiderium ſub hoc atreo. BER.

Exta: interiora: ecce magnum ſcelus quod uiuis adhuc pueris ille pertractabat illis inteſtina quaſi notare & conſiderare uellet tanq̃ extipitia. Vacat: rimatis iteriorib⁹ pue rorum ſecurus & intrepidus preparat corpus illoꝝ ad comedendum fratri. Moras: ea quibus brachia cõiungunt tergo: tantum ſeruauit ora & manus in fidem datas: nam Thyeſtes dederat filios tanq̃ obſides fratri. Hæc: partẽ aſſauit partẽ eliſſauit. Latex iflãmatus: aqua calida. Quærente lamẽtante: quare uidebatur murmure quæri. Trã ſiliit: uidebatur recedere. Stridet: quaſi gemitum faciens.

Piceus: niger. Rectus: i altum ſicut ſolet. Phœbe: o ſol Qui obſcuratus es. Patiẽs: quare toleraſti hæc mala. Pater: Thyeſtes comedit filios ſuos ore funeſto & miſerando.

Vnguento: ſolebant unguentari aquis odoriferis diſcũbentes. Grauis: plenus. Peribit: quare poſtea ſcies. Verterit: q̃uis ſol occiderit & nox tegat iſta ſcelera: tamen detegentur. Obuium: cum deberet ire ad occidentẽ: ideo obuius ſibi: nam facta eſt nox ab oriente. Obruat: abſcõdat.

Nouis: quales non ſunt ſolite. Alieno: tempore lucis. Patefient: quare ſcies filios comediſſe.

O Vo terraru3: ſcribitur chorus hic uerſu anapeſtico de quo diximꝰ ſupra turbie magno Dolens quærit quare ſol fugerit & uices rerꝝ mutentur: & ne redeat chaos cum nox uenerit in meridie timet ne ſit finis mundi. Sol patens: quare omnia calore ſuo in terris generantur & ſuperis dat lucem. Decus: ſidera quæ ſunt ornamenta noctis. Q ua fugit: quare illa obſcuratur ueniente ſole. Flexura: inclinatio rotæ euntis ad occaſum. Heſperiæ hiſpaniæ: quaſ ultima terrarum eſt hiſpania uerſus occidente3.

Emeritos: qui compleuerint curſum ſuum.

¶ Fibris: iecinorum uenæ ſiue radices. Plinius: Murium iecuſculis fibræ ad numerum dierum lunæ congruere dicuntur. Virgilius: Nec fibris requies datur ulla renates. ẽt in herbis fibræ ſunt. Idem: Et amaris ityba fibris: faciebat ergo extiſpicinam in iecinoribus puerorum. Verubus: ut torreret conſeruat enim ante bus dictio ueru proprie οβελον a græcis α uertendo dictum homerus in. α: Iliados μιχθὲλλον τὰρα ταλλα και αμφὸβε λὸιὸι επειρὰν. Flãmatus latex: lixauit: ueteres lixaris tantum carnibus ueſcebantur. Ouidius de obſide iouis. partim feruentibus atris mollit aquis. Q uo terrarum: Octauum carmen quod ſcribitur metro pindarico anapeſtico dimetro ſic. Q uo terrarum: ſuperumq; parens. obſtupeſcit chorus inopinã ſideꝝ caligine quæ horribile facin⁹ atrei teſtabat. DAN.

BER. ¶Nondū:ſolebant antiqui diuidere tempus per uigilias ſicut nos p horas:quattuor in die.& nocte quattuor uigi/as habebāt.oībus tribus horis mutabanť:& ſic erāt duode cim horæ noctis & duodecim diei. Bucina:tertia uigilia quæ per bucinā dabatur ſicut nunc per campanā. Nun/qd:iterrogatiue uidiſti gigātes q uelit r̄nouaſ bella cōtra deos. Carcere ditis: plutonis ubi dicunť eē ligati. Ty/tius:gigas. Sautius:uulneratus. Typheus:gigas poſit⁹ ſub æthna nunc explicuit latus ſuū:ut fugeret. Phlegre/os:pugnaturi gigātes cōtra deos olim cōgregati ſunt in phlegra ualle theſaliæ ubi poſuerūt tres mōtes unū ſupra aliū pelion oſſam & pindū. Threſa:ablatiui caſus de thra cia. Solite:conſuete:ut primo dies poſtea nox ſit. Geni/trix aurora q̄ ſolebat eſſe miniſtra ſolis & frenabat æquos ſuos q̄ recedebant ab oriente nunc ſtupet. Roſcida:ple/na rore:quare tūc cadit ros. Deo:ſoli. Eoos:orientales. Lumina:ingreſſum ſuum:quare de aurora ſolent egredi equi:ut faciant diē nunc ingrediuntur:ut faciant nocte;. Tingere:dicit̄ ſol ſtabulari & occidere i oceano. Sed qc quid:uenit in deſperationē ſi ſit nox quare apparerent ſy/dera'uel luna:ſed dubitat ne ſit finis mundi. Tegat:occul tet & cōfundat omnia elemēta. Picti:pp ſtellas. Vaga: ſtellaꝝ aliquæ ſunt fixæ aliquæ errantes:ideo dicit uaga. Dux aſtroꝝ:ſol appellať. Notas:ſigna. Pruinæ:q̄ dies ſunt breuiſſimi. Nō phœbeis:nō erit amplius luna quæ cōpleat curſum in uigitinouē diebus. Obuia: oppoſita: quare ſumit lumē a ſole. Timores:q̄ ē nox obſcura ho mines timēt ire. Vincet:nā luna citius pagit curſum ſuū q̄ ſol ideo uincet fratrem. Habenas:curſu;. Curuo limi te:p curſum zodiaci q eſt circulus flexus. Ibit:ampli⁹ nō erit ordo in cælo:ſed omnia cōfundenť. Hic qui:cælū eſt rotundū qnq; zonis diuiſum :quod Virgilius in geor.re/cte deſcribit has interſecat zodiacus per trāſuerſum ferens ſigna hoc eſt planetas unde circulus ipſe appellatur ſigni/fer.Hic incipit denumerare ſigna zodiaci.aries qui princi pium ē anni:& hic dicitur fabuloſe fuiſſe qui hellē & phri/ſum adamantis filios ultra helleſpontum dř tranſfretaſſe.

DAN. ¶Bucina:inſtrumentum æneū ad dandum ſignū a bu/ca:uel potius a mugitu bouis ſiqnidē græci βουκανιϛη pion nominant buci:nā & bucinatorē ipſum βουκανι/ϛην dicūt.in duodecim tabulis ſcriptū ē.Solis occaſus ue ſpera eſto inde prima fax:deide cōcubina:mox itēpeſta.q̄ nō hēt idoneū tp̄s rebus gerēdis.p̄terea i finitiōe diei:incli natio mediæ noctis eſt initiū diei:deinde gallicinīū:poſtea cōticinīū:mox diluculū:poſtrēo māe. ita diuiſerūt noctis & diei ſpacia.auctor Var.in lib.re; hūanarū.quas partes ſectatores xp̄i trāſtulerūt in ſacrificiū. ueſpos: cōpletoriū : & matutniū.uete; mos fuit ad bucinā illas diſtiguere.uñ Sene.i phemio li.vii.decla. Albutii declamatoris dicaci/tatē iprobās ſgt. Sæpe declamāte illo ter bucinauit. Ergo tertia bucina: tertia diei ps cū ordine imitādo quem dixi. Graues um.lūa alit & auget pōderoſos hūores.idicio ſūt cōchilia accipiētia icremētū & plenitudinē ab ea: nec mi; cū ſit oiu; ſyde; nouiſſima & p̄xia terrā a q̄ ſordidos & ſpiſ ſos uapores exhaurit.p̄terea ifra eā nihil ē niſi mortale &ca ducū.iō graues umbras reſpectu ſui iflexus qui grauis ē & dēſus.aut graues rigore noctis quā radiis accēſā ſolarib⁹ il luminat ut ait Theodoſiius. Deforme chaos:ne prima re rū initia i cæcā illā p̄fūdāq; inanitatē reuoluanť χαόκεἰν græci dicūt hiare ide χασμα hiatus & chaos.cōfuſus hia tus. Secat zonas:ambitioſe logē cū unā tm̄ ſecet torrida; .ſ.prima zona inter auſtralē polū & circulū antarcticū fri/gida.ſecūda iteriacet ātarcticū eirculū & tropicū hyemalē

Nondum in noctem uergente die
Tertia miſit bucina ſignum
Stupet ad ſubitæ tempora cœnæ
Nondum feſſis bobus arator.
Quid te æthereo propulit curſu:
Quæ cauſa tuos limite certo
Deiecit æquos:nuuquid aperto
Carcere ditis:uicti tentant
Bella gigantes:nunquid Tytius
Pectore feſſo renouat ueteres
Sautius iras:num reiecto
Latus explicuit monte thyphœus.
Nunquid ſtruitur uia phlegreos
Alta per hoſtes:& theſſalicum
Threſſa premitur pelion oſſa
Solite mundi perimere uices:
Nil occaſus:nil ortus erit.
Stupet eoos aſſueta deo
Tradere frenos:genitrix primæ
Roſcida lucis:peruerſa ſui
Lumina regni:neſcit feſſos
Tingere currus:nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto
Ipſe inſueto nouus hoſpitio
Sol auroram uidet occiduus:
Tenebraſq; iubet ſurgere.nondum
Nocte parata non ſuccedunt
Aſtra:nec ullo micat igne polus'
Nec luna graues digerit umbras:
Sed quicquid ideſt:utinam nox ſit
Trepidant trepidant pectora magno
Percuſſa metu:ne fatali
Cuncta ruinam quaſſata labent.
Iterumq; deos hominesq; premat:
Deforme chaos:iterum terras
Et mare & ignes & uaga picti;
Sydera mundi natura tegat.
Non æternæ facis ex ortu:
Dux aſtrorum ſæcula ducens
Dabit æſtatis brumæq; notas:
Non phœbeis:obuia flammis;
Demet nocti luna timores
Vincetq; ſui fratris habenas
Curuo breuius limite currens
Ibit in unum congeſta ſinum:
Turba deoꝝ.Hic q ſacris peruius aſtris
Secat obliquo tramite zonas:
Flectens longos ſignifer annos.

habitabilis.tertia eſt inter tropicum hyemalem & ſolſticium æſtiuum qui aliter & tropicus æſtiuus hanc ſecat ſol inhabitata. Quarta inter Tropicum æſtiuum & circulum arcticum hæc quam nos incolimus. Quinta poſita eſt inter circulum arcticum & polū arcticū itē rigida & inhabitabilis. ſolā mediā quæ eſt inter duos tropicos ſecta a zodiaco p obliquū ut facile cerni pōt in ſphæra materiali: zonas aūt dixit Senec. qa hæc media eſt zone iacentis inter eqnoctialē & tropicum hyemalē & alterius inter eundem & tropicum æſtiuum.

¶ Vela: quare tpe ueris nautæ incipiūt nauigare. Ibit in undas. cadet de zodiaco in mare. Hic taurus: h ē quē dicimus in hercule furēte pp iouē poſitū i aſtra quod in bouē ſit fabuloſe conuerſus. ſeptē ſtellas hēt in fronte q̄ ſubucule appellanť. Perfert hyadas: ſtellas qnq; quæ filiæ athlantis fuiſſe dicunť in cælū tranſlate in ore tauri collocate fuerūt dicēte Oui. li. vi. faſtor̄: Poſtera lux hyades taurinæ cornua frontis: euocat & multa terra madeſcit aqua: nā cū oriunť & occidunt tēpeſtates & pluuias faciūt. Geminos: hi fuiſſe dicunť fratres caſtor & pollux. Curui cancri: cancrū inter aſtra locatū fabulæ aiunt: qm̄ herculē aliis auxiliātē & hydriā de frōte nerayda auferētē ſalīs in pede pcuſſerit. aliter iunonis beneficio inter aſtra locatus cācer: q̄ cū hercules contra hydrā larneāconſtitiſſet: & ex palude pedem eius mordicus arripuiſſet: ab eo interfectus eſt: propterea a iunone iter duodeci ſigna conſtitutū fuiſſe. Leo: leonē aiūt in aſtra collocatū quod dominus ferar̄ & princeps exiſtimať: nōnulli hoc amplius dicūt pp memoria; herculis qui leonē ingentē inermis dicit peremiſſe. Virgo: hic ad aſpectū bootis cōſtituta ē iter leonē & librā: hāc fabuloſe Heſiodus dicit filiā fuiſſe Iouis & Themidis iuſtā uocatā. ab aliis aſtræ quæ prius terras habitaſſe dicit & ob ſcelera hominū ad cælū fugiſſe: unde dicit terras relictasq; iter̄ p confuſionē rer̄ cadet in terras quas ipſe reliquerat.

Scorpio: a ioue inter aſtra locatū uolunt: quod Orion cū uenareť: & in eo exercitatiſſimū ſe eē cōfideret dixiſſe etiā Dianæ & Latonæ ſe oia quæ ex terra oriunť interficere uelle quare terrā permotā ſcorpionē miſiſſe: q eū interficere mōſtrať: iouē aūt utriuſq; animū admiratū: ſcorpionē iter aſtra collocaſſe: & ſpecies eius oībus documētū eſſet: ne qs eor̄ aliqua re ſibi cōſideret: dianā aūt ꝓpter ſtudiū Orionis petiſſe a Ioue: ut illi idē beneficiū daret petenti: qđ terræ ultro tribuiſſet: itaq; eū cōſtitutū: ut cū ſcorpius exoriať occidit Orion: ſcorpius aūt pp magnitudinē mēbror̄ in duo ſigna diuidiť q̄re effigiē noſtri librā dixere quā ſcorpius facit cum chellis ſuis: & reliquo corpore aliud ſignum. Et qui neruo: hemonio. i. theſalico chiron centaurus qui inter cæteros centauros iuſtiſſimus aſclepiū & achillē nutriſſe exiſtimabať. pietate igiť & diligentia effecit ut inter aſtra numeraretť: apud hūc hercules cū diuerteret & ſimul cū chirone ſedēs ſagittas cōſideraret. fertur: unā ear̄ decidiſſe ſupra pedē chironis: & ita eū interfeciſſe. alii aūt dicunt centaur̄ miratum: q̄ tā breuibus ſagittis tā magna corpora centaror̄ interfecerit ipſum contendere arcū conatū. Itaq; ex eius manu ſagittā prolapſam in pedē eius incidiſſe pro qua re iuppiter eius miſertus inter aſtra cōſtituit. Spicula ſagittā ſuā cadendo. nam ſagittis uſum fuiſſe uolunt propterea in formā ſagittarii formarunt. Pigrā: poſt ſagittarium ſequitur capricornus ad occaſum ſpectās: & totus in zodiaco circulo deformatus cauda toto corpore medius diuidiť ab hyemali circulo ſuppoſitus aquarii manu ſiniſtra: occidit preceps: exoriť aūt direct̄. Huius effigies ſimilis ē egipani: quē iupiter quod cū eo erat nutritus in ſyderibus eſſe uoluit ut caprā nutricem de qua ante diximus. Hic ēt dicit cū iuppiter titanas oppugnaret primus obieciſſe hoſtibus timorē q panicos appellať: ut ait Eratoſthenes. Habet cornua capræ in capite: & ē forma humana: habet pedes caprinos unde egloceros appellať: ergo capra dicit: ceras cornu quare habet cornua caprina. quando ſol ē i capricorno ē ſolſtitiū hyemale: in cancro æſtiuale. Pigrā: quæ facit homines pigros. Quiſquis ē: dicit aquar̄ q pedes hēt in hyemali circulo defixos: manū ſiniſtrā uſq; ad capricorni tergus porrigens: dextrā iubā pegaſi p pe cōiūgens ſpectat ad ortū q cū ita ſit figuratus: neceſſe ē corpore ꝓpe reſupinato uideri. Effuſio aquæ puenit ad eū piſcē q ſolitari? figurať aquar̄ plures ganymedē eē dixerūt quē iuppiter pp pulchritudinē corpis ereptū parētib? deor̄ miniſtrū feciſſe exiſtimať. Itaq; oſtēdit: ut aquā aliqñ ifundēs. Egeſias āt dicit deucalionē fuiſſe quo regnāte fuit diluuiū. Vñ dicit ibi. Quiſqs es uel Ganymedes: uel deucalion. Piſces: hor̄ alter noti? alter bore? appellať: iō q̄ un? eor̄ q borus dr̄ inter eqnoctialē & æſtiuū circulū ſub Andromede brachio collocar̄: & arcticū polū ſpectās cōſtituit. Alter aūt ē i zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis nō lōge ab eqnoctiali circulo collocat? ſpectās ad occaſū. uñ dicit. Vltima: q̄re ſūt ultimi i zodiaco. Mōſtra: & i ſūma oia cōfundenť ſimul quæcūq; mōſtra ſunt i celo. Gurges: mare. Cōdēs: abſcondēs merget illa ſigna quæ

Lapſa uidebit ſydera labens.
Hic qui nondum uere benigno:
Reddit zephyro uela tepenti:
Aries præceps ibit in undas.
Per quas pauidam uexerat hellen.
Hic qui nitido taurus cornu:
Perfert hyadas: ſecum geminos
Trahet & curui brachia cancri.
Leo flammiferis æſtibus ardens:
Iterum e cœlo cadet herculeus:
Cadet in terras uirgo relictas.
Iuſtæq; cadent pondera libræ.
Secūq; trahent ſcorpion acrem.
Et qui neruo tenet hæmonio:
Pennata ſenex ſpicula chiron.
Rupto perdet ſpicula neruo.
Pigram referens hyemem gelidus:
Cadet ægoceros frangetq; tuam
Quiſquis es urnam tecum excedent
Vltima cœli ſydera piſces.
Monſtraq; nunq̄ perfuſa mari:
Merget condens omnia gurges:
Et qui medias diuidit urſas:

BER.

nunq̃ occidunt ſupra nos. Lubricus:anguis hic ẽ iter ambas arctos maximus flexuoſo corpore q utrãq; artuꝝ ſemicingit hũc fœrecides dicit inter aſtra collocatũ: eo ꝙ cũ nuberet a ioue iuno diis offerentib⁹ munera:terra quoq; obtulit aurea mala cũ ramis:qb⁹ in deoꝝ orto q erat apud athlãtem plantatis:ut his quotidie uirgines læterentur:cuſtos cõſtantius eſt orti heſpidũ & ab hercule interfectus:ut habẽt fabulæ & a iunone inter ſydera collocatus. Flumi nis:ẽ ſerpens reuolutus in modũ fluminis:& iter ſinus habet ambas uerſas. Cynoſura:urſa minor de qua Luc. Te ſegnis cynoſura ſubit: Tu ſica profundo mergere paluſtra putas. Frigida:quare ad polũ borealẽ poſita eſt. Arctophilax:dicit artos ſiue uerſe philax.i.cuſtos:ut Ci.lib.i.de nat.deo. Referẽs uerſus arati ait arctophilax uulgo q dicit eẽ bootes:hunc arcadem caliſtonis filiũ fuiſſe dicũt:iõ boote appellatũ:quia arctio q̃ plauſtru; dicta fuit agitare dicit. unde ibi dicit cuſtos ſui paluſtri.i.urſæ. Tardus:piger. Nõ ſtabilis:nunq̃ occidẽs urſa fiet nũc mobilis q̃re ruet de gradu ſuo:& oĩa miſcẽtur. Nos:querit ꝙ iſte populus ſolus ſit pp quẽ tanta mala eueniãt. In nos:pp mala noſtra. Abeãt:nimis ẽ uitæ cupidus qui nõ uult mori oĩbus aliis morientibus:itaq; nõ oportet ut lamentamur.

AEqualis:hic ẽ initiũ qnti act⁹ ubi atreus ſibi cõgratulat feciſſe uiudictã de fratre:& thyeſtes cognoſcat ſe comediſſe filios. Sic ergo loqtur ſecũ atreus uideor:ut tangã aſtra uertice. Nunc decora:uideor nũc habere regnũ antea nõ uidebar rex cũ paterer tot iniurias. Soliũ:ſedes ẽ regia. Dimitto ſupos nolo amplius fatigare deos uotis meis:quare ſatis feci animo meo & uindicte. Mihi:habet emphaſim:q̃ſi mihi cu pio crudeliſſima ſatis factum ẽ. põſtea emendat ſe & dicit adhuc uolo ꝙ bibat ſanguinẽ ſuoꝝ & cognoſcat ſe comediſſe filios:nõ relinquã ipſum amplius in tãta læticia i cõuiuio. Obſtaret:ſecur⁹ erat i tãta eclipſi atre⁹ ridẽſq; deos dicit dies receſſit:hoc ẽ facte ſunt tenebre ne pudor ipediret ad q̃dpiã ſcelus. nã de nocte nõ ſolemus tm̃ uerecũdari q̃tũ de die:ut dicit Oui. lux inimica puellis:q̃ ſolẽt de facili uerecũdari. Perge:exhortat ſeipſum. Fugientes:qui uidentur fugere pp tenebras. Diſcutiã:ueniẽs dicit hæc uerba:expellã tenebras luminibus:ut uideat miſeriã ſuã. Sobrio:nolo ipſum ebriũ. ſed ſobriũ:ut cognoſcat malũ ſuũ:& poſſit uehementius dolere. Turba:iubet famulos apiri portã:ut capita filioꝝ:& mãus patri oſtẽdat. Laxa:api. Intuẽs:uolo uidere qñ pr̃ intuebit capita filioꝝ quos colores habebit uel paleſcet:uel rubeſcet. Rigeſcat. cõge labit:cum ſanguis in magno dolore currat ad præcordia Apta:atreus uidet a longe fratrẽ & iter ſe loqtur oĩa iſta. Incubat:ſedet ornatus purpura. Fulciẽs:ſuſtẽtãs. Eructat:nã uidet oñdere ſupbiã ſuã qua uidet ſibi eſſe deũ & regẽ regũ. Vota:fecit pluſq̃ deſiderabã:ut guſtaret corpora filioꝝ:ſed ipſe comedit ad ſaturitatem. Ducit:bibit.

DAN. TAeq̃lis:Carmẽ nonũ & qntus act⁹ trimetro iãbico cõſtans. apponit cœna cocta añ Thyeſtẽ coronatũ & delibutũ unguẽtis. primo gaudet ſcelere atreus. iã ẽ ſnia pfecta. deide. cõgratulat Thyeſtes regno reſtituto. poſtremo deſcribit ifauſtũ illud:& tragicũ cõuiutũ. prũpit itaq; atreus pfuſi gaudii furore cõcitat⁹:æq̃lis grãdior aſtris. Implebo pa. me patinario coco deuorabit filios pr̃. Reſupin⁹: aut ſupin⁹ ſtãs aut meli⁹ reſupin⁹. i. mollis:Mart. Nuſq̃ delicie ſupiniores & Perſi⁹. Latio q̃d honore ſupin⁹. reſupin⁹ g⁹ uẽtre porrecto & erecta ſtãs facie q̃d ẽ molliũ & lautoꝝ ide reſupiare cõuertet & pturbat. Iu. Aulã ſſupiat aici. Incubat:iſiſtit:initit. Iacet:eructãdo ſe deũ exiſtimãs

Fluminis inſtar lubricus anguis.
Magnoq; minor iuncta draconi:
Frigida duro cynoſura gelu.
Cuſtoſq; ſui tardus paluſtri.
Iam non ſtabilis ruet arctophylax.
Nos e tanto uiſi populo
Digni:præmeret quos euerſo.
Cardine mundus:
In uos ætas ultima uenit:
O nos dura ſorte creatos:
Seu perdidimus ſolem miſeri:
Siue expulimus.
Abeant queſtus:diſcede timor:
Vitæ eſt auidus:quiſquis non uult
Mundo ſecum pereunte mori.

AActus qntus. Atreus ſolus loqtur.
Equalis aſtris grãdior cũctos ſup
Altũ ſupbo uertice attingẽs cœlũ.
Nũc decora regni teneo: nũc ſoliũ patris
Dimitto ſuperos: ſumma uotorum attigi
Bene eſt: abunde eſt: iã ſatis ẽt eſt mihi
Sed cur ſatis ſit: pergã & implebo patrem
Funere ſuoꝝ: ne quid obſtaret pudor:
Dies receſſit: perge dum cœlũ uocat
Vtinam quidem tenere fugientes deos
Poſſem & coactos trahere: ut ultricẽ dapẽ
Oẽs uiderẽt: quod ſatis eſt uideat pater:
Etiam die nolente: diſcutiam tibi.
Tenebras: miſerie ſub quibus latitant tuæ
Nimis diu conuiua ſecuro iace:
Hilariq; uultu: iã ſatis mẽſis datum eſt:
Satiſq; baccho: ſobrio tanta ad mala
Opus eſt thyeſte: turba famularis fores
Templi relaxa. feſta pateſiat domus:
Libet uidere capita natorum intuens
Quos det colores: uerba q̃ primus dolor
Effundat: aut ut ſpiritu expulſo ſtupens
Corpus rigeſcat fructus hic operis mei ẽ
Miſerum uidere nolo. ſed dum ſit miſer
Aperta multa tecta collucent face
Reſupinus ipe purpura atq; auro incubat
Vino grauatum fulciens leua caput
Eructat omne cœlitũ excelſiſſimum
Regnũq; regem: uota tranſcendit mea
Statur eſt capaci ducit argento merum.

Ne parce potiũ: restat etiam hunc cruor
Tot hostiarũ ueteris: hunc bacchi color
Abscõdet hoc: hoc mẽsa claudat scypho
Mixtum suoq; sanguinem geuitor bibat.
Meum bibisset: ecce iam cantus ciet.
Festasq; uoces: nec satis menti imperat.

Solus thyestes loquitur.

PEctora longis hebetata malis
Iam solicitas ponite curas
Fugiat mœror: fugiatq; pauor.
Tristis ægestas rebusq; grauis
Pudor afflictis magis unde cadas
Quam quod refert magnum ex alto
Culmine lapsum. stabilem in plano
Figere gressum magnum ingenti:
Strage malorum pressum: fracti
Pondera regni non inflexa:
Ceruice pati: nec degenerem
Victumq; malis: rectum impositas
Ferre ruinas: sed iam sæui
Nubila fati pelle ac miseri
Temporis omnes dimitte moras
Redeant uultus ad læta boni.
Veterem ex animo mitte thyestem.
Proprium hoc miseros sequitur uitium
Nunquam rebus credere lætis:
Redeat fœlix fortuna licet:
Tamen afflictos gauderé piget
Quid me reuocas festumq; uetas?
Celebrare diem quid flere iubes:
Nulla surgens dolor ex causa:
Quis me prohibet flore decenti
Vincire comã prohibet: & prohibet.
Vernæ capiti fluxere rosæ:
Pingui madidus crinis amomo:
Inter subitos stetit horrores.
Iuber uultu nolente cadit.
Venit in medias uoces gemitus:
Mœror lachrymas amat assuetas
Flendi miseris dira cupido est:
Libet infaustos mittere questus:
Lybet & tyrio saturas ostro
Rumpere uestes. ululare libet.
Mittit luctus signa futuri
Mens ante sui præsaga mali.
Instat nautis fera tempestas:
Cum sine uento tranquilla tument.

¶Ne parce: dicit ad eũ atreus sed thyestes non audit. Po tu: casus datiui: noli timere q̃ tibi deficiet. Hostiaq̃: filiorum tuoq̃. Veteris: miscebo sanguinem cũ uino ne ipse cognoscat. Claudatur finiatur. Scypho: poculo. Meũ bibisset: occurrit sibi atreus uis facere tantam crudelitatẽ ẽ ita quare bibisset meum & ego uolo q̃ bibat suum. Ecce: dat locum sequenti scene: quare thyestes ebrius cantabat. BER.

Menti imparat: ideſt non satis compos mentis sue:

PEctora: scribitur uersu dimetro anapestico: ut supra turbine magno. Hic est cantus thyestis qui erat in conuiuio: & repræhẽdit seipsum: q̃ non poterat lætari quãuis eẽt i regno: unde nescit causam & loquitur per modum dialogi intra se. Pectora: loquitur ad pectus suum. Hebetata: idurata propter longam consuetudinem malorum. Refert: pluris momenti est. Quam: quo supple iterũ cadas quãdo homo habet malam fortunam: nõ tantum dolet quantum si fuerit in alto statu & ad infimum ueniat. Culmine: statu magna res ẽ & difficilis tolerare æquo animo mala fortunam cum ceciderit ab alto. Plano: contrarium culminis: sententia est quando quis lapsus est de sublimi gradu: est magnũ ideſt difficile posse pati. Pressum: grauatum. Strage: maloq̃ ingenti cumulo malorum. Nõ inflexa: a simili de uno qui habet pondus in collo: opus ẽ: ut se inclinet: ita est necesse hominem deiectu; a statu suo dolere. Nec degenerem: est quasi eadem sententia: ẽ impossibile q̃ non sit dimissus. Sed iam: nunc non sunt iste cause in me propterea deberem lætari. Nubila. Tristia. Veterem: thyestem uultum & tristiciam quam habebas in exilio. Proprium: quando unus solitus est pati multa aduersa: & si illi rideat fortuna: timet tamen semper cadere in aduersis. Vetas: quare non dimittis me gaudere dolor cuius causam non satis cognosco. Vernæ rosæ: quæ solẽt tempore ueris florere: erat consuetudo antiquorum: ut coronati discũberent: & unguentati quibusdã præciosis aqs. Stetit: crines stant erecti ꝓpter timorem. Libet: ex tristicia est mihi impetus lacerandi uestes. Infaustos: miseros. Saturas: tinctas colore purpure. Fera: crudelis & ẽ similitudo a tempestate futura nautis. Instat: cito uentura.

¶Scyphus: genus nauigii quo hercules in hispaniam nauigauit a cuius similitudine. teste theodosio. Vas potoriũ scyphus dicitur tributum herculi quẽadmodum cantat? libero patri. & carthesium Ioui. Pectora: In carmine decimo metro pindarico anapestico dimetro sic. pectora longis hebeta. tamalis: exultat thyestes gaudio Sardõico ob regnum restitutum sibi. & seipsum alloquitur. Hebetata: obturata contusa. ẽ enim hebes sine acumine: unde hebeo & hebero atq; hebetesco quod proprie de oculis dicitur. Magis unde cadas. Sensus est plurimũ refert unde q̃ quo cadas. eo enim grauior est dolor q̃to altior ẽ lapsus. & probatur. magnum ex alto &c. Stabilẽ in plano: aptꝰ i imis est locus. Amomo: unguento ex amomo quod dicunt metopion. est arbor in æthiopia stillans lachrymã ueluti resinam quæ itẽ in africa iuxta templũ Ammonis iuuis colligitur inde ammoniũ odoratissima species de qua multa apꝰd Plynium & theophrastum lectitabis. DAN.

BER. ¶Quos tibi:reprehendit seipsum dicēs ꝙ nō opus est timere:uel si timendum ē:frustra fieri cum iā sit in potestate fratris. Magna uoluptas:nescit an ille lachrymæ ꝓcedāt ex timore uel ex uoluptate ingēti q̄ qñq; facit lachrymas.



Estum. Ingredit atreus locū i quo erat thyestes exhortaturq; eū ad lætandū & bibēdum dicens ꝙ nunc sibi uidet uere habere regnū: ille aūt respondet ꝙ satis satur ē & lætus duc uideat filios suos:atreus ait uidebis q̄primū porrigitq; illi sanguinē ad bibendum:& cū thyestes leuaret pateram manu uisum est sibi ferre ingens onus:postea atreus iussit portare capita filiorum illiq; dixit hic sunt filii quos maxime desiderabas uide & satiare aspectu. Pari:cō cordi. Saties:sacietas satis bibi & comedi. Fœlici.s.mihi. Cumulus:augumentatio. Hic:esse ingeniū pœte dicit unū:intelligit aliud:noli habere ullā curā:sunt in loco tuo & in cōplexu tuo uult dicere ꝙ hēt eos in uentre:quare comedit ipsos. Ora:sed postea quare uis uidere ora & faciem eoꝝ:ostendā tibi. Turba:quare oēs dederat epulandos. Nūc:in hoc mentit quare nō erāt in cōuiuio cū filiis suis Meis.s.natis colunt sunt in una mēsa. Acient:euocabuntur:sed interi accipe hoc poculū simulq; bibamus. Gentile:quod fuit gentis nostre. Paternis:sed prius uolo libare diis nostris:q̄ infundit diis libatio dicebat:bibam postea:sed dū haberet in manu paterā ponderabat nimis:nec illā sustinere poterat.& admotus bacchus uinū dū appropinquo labris meis nō uult itrare os meū. Decepto:quare cū uult bibere extra fundit. Rictus os:sed ꝓprie de bestiis dicit os acutum. Trepido solo:tremit terra & mensa. Ignis:quare erant accensæ faces. Cōuexa:quōd est curuatū superius ut cælū. Coit:dēsatur & obscurat. Pareat:nō sit in malū fratris mei:nec filioꝝ meoꝝ:de me aūt nihil rogo. Vnde sentiebat murmur: unde hoc audio filios meos & non uideo. Ecqd:nunqd isti sunt filii tui. Agnosco: Thyestes dicit non cognosco filios sed fratrem crudelissimum:exclamatq; ad tellurem ut seipsum aperiat: absorbeatq; ad inferos tanta scelera.

DAN. ¶Festū diē:Carminis undecimi funebre initium trimetro iābico inscripti ubi Thyestes epulans uocat filios:contra Atreus ꝓpinans illoꝝ sanguinē uino cōmixtū declarat nō lōge abesse capita quæ cerneret cū reliquū iā iniecisset in uentrē hinc odia hinc recrudescunt graues iræ.hinc asperi & crudi clamores.hinc nefanda cōuicia & sanguinariæ detestationes intumescunt iter geminos fratres homicidas.adulteros.crapulōes.gurgites.filioꝝ ꝓfundissimos oēmq; falsam dilectionē in pessimā discordiā trahit districta castrophe. Saties:satietas qntæ inflexionis uel potius p syncopē satias tertiæ:ut placet quibusdā. Salu. Frumēti ex iopia graui satias facta. Terē. Nā ubi me forte satias cæpit.& a satis detorquet aduerbio. Ora:capita ut sit a parte denoiatio totius. ꝓprie tū os est cōcauitas capitis in qua & lingua & dentes sunt. Sustines tm̄ nefas: cōsternat⁹ thyestes nouitate sceleris collabit iunctis manib⁹ uociferabundus atq; in ipsam tellurē apostrophā uertens se suāq; familiam & stirpē detestat cuius miseriæ grauitatē elegātissime in electra ꝓsequitur Sophocles tum in persona ipsius electræ tū in ipso choro. φεῦ φεῦ. τὸ. πᾶν Δὴ Δεσποσ-
σίοι τοιόσδ' ἀλάι πρόρροιζον ὡς εοικένεφόδαρται γᾶ
νοσ &c.& circa finem ipsius tragœdiæ deplorat chorus calamitatem domus atrei & eius stirpis. ὦ ὅσα περ ἄτρεωσ
ὡσπολλα πασόν Δίελεῦθερίασ πολίσ ἐξηλθεσ
τηνοσ ὁρᾶ ἡτελεσθεν.

Quos tibi uultus: quos ne tumultus:
Fingis demens crudelia præsta
Pectora fratri: iam quicquid id est:
Vel sine causa: uel sero times.
Nolo infelix sed uagus intra
Terror aberrat: subitos fundunt
Oculi fletus. nec causa subest
Dolor an metus est: an habet lachrymas
Magna uoluptas.

Atreus & thyestes. Atreus loqtur.



Estū diē germane consensu pari
Celebrēus. hic ē q sceptra firmet
Solidāq; pacis alliget certe(mea
thy. facies dapis me nec mi⁹ bacchi fidē
Augere cumul⁹ hic uoluptatē ꝑt)tenet
Si cum meis fœlici gaudere datur.
Atre. hic eē gnatos crede i amplexu patris
Hic sunt eruntq; nulla pars prolis tuæ
Tibi subtrahet. ora quæ exoptas dabo
Totūq; turba iam sua implebo patrem:
Satiaberis: ne metue: nunc mixti meis
Iocunda mensæ sacra iuuenilis colunt
Sed acientur poculum infuso cape
Gentile baccho. thy. capio fraternæ dapis
Domum: paternis uina libenter deis
Tūc hauriant: sed qd h°: nō uult man⁹
Parce crescit pondus: & dextram grauat
Admotus ipsis bacchus a labris fugit:
Circaq; rictus ore decepto effluit:
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo:
Vix lucet ignis ipse: quin æther grauis
Inter diem noctemq; desertus stupet:
Quid hoc magis magisq; cōcussi labent:
Conuexa cœli spissior densis coit
Caligo tenebris: noxq; sei nocte abdidit
Fugit omne sidus qcquid ē fratri precor:
Ggnatisq; parcat: omnis in uile hoc caput
Ab ea procella: redde iam gnatos mihi
Atre. reddā & tibi illos nullus eripiet dies
Thy. qs hic tumult⁹ uixera exagitat mea
Quid tremit intus: sentio impatiens onus
Meūq; cū gemitu nō meo pectus gemit
Adeste gnati: genitor infœlix uocat:
Adeste uisis fugiet hic uobis dolor
Vñ obloquunt. Atre. expedi āplex⁹ pater
Venere: gnatos ecquid agnoscis tuos?
Thy. agnosco fratrē sustines tantū nefas

Gestare

Geſtare tellus: non ad infernam ſtyga
Te noſq; mergis: rupta & ingenti uia:
Ad chaos inane regna cum rege arripis
Non tota in imo tecta conuellens ſolo
Vertis mycenas: ſtare circa tantalum:
Auoſque noſtros: ſiquis intra tartara eſt
Vterq; iam debuimus; hinc compegibus
Et hinc reuulſis: nunc tuam immani ſinu
Dimitte uallem: noſque defoſſos tege
Acheronte toto noxie ſupra caput
Animæ uagentur noſtrũ; & ardẽti freto
Phlegeton arenas igneus totas agens.
Exitia ſupra noſtra uiolentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces
Atre. Recipe hoſce citi9. liberis tãdẽ tuis
Diu expetitis nulla per fratrem eſt mora
Fruere: oſculare. diuide amplexus tribus
thy. h9 fœd9 hec ẽ gratia hec ẽ fratris fids
Sic odia ponis? nõ peto incolumes patri
Natos ut habeam. ſcelere qd ſaluo dari
Odioq; poſſit. frater hoc fratrem rogo.
Sepelire liceat. redde qd' cernas ſtatim
Vri te genitor nil habiturus rogo
Sed pditurus. Atre. Q uicqd e natis tuis
Supeſt hẽbis. quodq; nõ ſupeſt habes
thy. V trũ ne ſæuis pabulũ alitibus iacẽt
An belluis ſeruant' an paſcunt feras?
Atre. epulatus eſ ipſe impia natos dape
the. Hoc ẽ deos qd' puduit. hoc egit diem
Aduerſum i ort9. quas uoces miſer dabo
Q ueſtuſq; quos. q̃ uerba ſufficient mihi
Abſciſa cerno capita & auulſas manus
Et rupta fractis cruribus ueſtigia
Hoc ẽ qd auidus capere nõ potuit pater
Voluũt' intus uiſcera. & clauſum nefas
Sine exitu luctatur. & querit uiam
Da frater enſem. ſanguinis multum mei
Habet ille. ferro liberis demus uiam
Negatur enſis. pectora illiſo ſonent
Concuſſa planctu. ſuſtine infœlix manũ
Parcamus umbris. tale quis uidit nefas
Q uis inhoſpitalis caucaſi rupem aſperã
Heniochus habitãs q̃ſue cecropiis metus
Terris, pcruſtes. genitor an natos premo
premorq; natis ſceleris eſt aliquis moduſ
Atre. ſceleri mod9 debeat' niſi faciaſ ſceluſ
Nõ ubi reponaſ. hoc quoq; ẽ exiguũ mihi
Ex uulnere ipſo calidũ ſanguinem in tua

Styga: paludẽ inferni. Verti: a fundamẽtis ut omnes deſcẽderemus ad inferos. Vterq;: ego & frater. Si quis: ſi noſtri maiores & mali puninuẽ apud iferos: nos debuim9 puniri. Iaces: nõ moueris: tu ſola terra nõ moueris cũ iã ſol & omnia ſidera fugerũt tãta ſcelera. Recipe: gaudebat atreus de tãto dolore fratris petitq; ut ora filioꝝ deoſculet Thyeſtes aũt ignorans adhuc ſe comediſſe illos: uidẽs tm capita eorum rogat atreum ut ſaltem ſepeliantur. Nulla parentheſis eſt. Frattem. ſ. me non impedio quim fruaris filiis tuis. Saluo: quare non perdendo odium potes hoc mihi dare. Genitor. ſ. ego. Perditurus: illos comburendo. Habes: Atreus dixit libenter dabo quod reſtat: nam quod non eſt tu habes: uult dicere. ſ. in uentre. Sine exitu: ſine uia ad exeundum. Luctatur: uult exire & non poteſt: da frater rogo te da illum gladium quo occidiſti filios meos: quare habet multum mei ſanguinis & aperiã uentrem meum ut exeant. Negatur: non uis dare aperiã pugnis & planctu. Concuſſa: fracta. Illiſo: per uim immiſſo. Suſtine: dum ſe uerberaret: reprimit manum dicens. quid facis uerberando te quare etiam uerberas filios quos intus habes: parce ſaltem mortuis. Suſtine: reprime. Vmbris: animabus filiorum. Caucaſi: qui mõs eſt indiæ ex eo latere quo ad ſeptentrionalem eſt contermina ſcythie: ut teſtis eſt Plinius li. vi. naturalis hiſtoriæ: ob quod dicit Seruius mõtem eſſe ſcytharum. Heniochus: populus iuxta colcos ferus in monte caucaſo: iſti quãuis ſint crudeles: nũq; fecerunt nec audiuerunt tale nefas. Procuſtes: latro famoſiſſimus in agro athenienſi hoſpites interficere ſolitus. Cecropiis: athenienſibus a cecrope rege. Modus: finis. Reponas: uindicaſte. Vbi: quando. Hoc etiam: quod factum eſt parum mihi uidetur uoluiſſem feciſſe maius: debebam his uiuentibus dare tibi ſanguinem eorum.

BER.

Caucaſus

Heniochus

Procuſtes

DAN.

QVid regna. Horratur Chorus ad ferendũ omnia equo aio. Fugiat: noli recordari prioris fortune fœlicis: nam quisquis est patiẽs in utraq; fortuna fœlix habendus est. Variare: mutare secundum fortunam. Pepulit: reiecit: non uidetur malum sibi graue. Casus: infortunia. Equo: patienti.

QVam. Hic est. ii. actus ubi dolor deianire cõceptus propter presentiam ioles: & deliberatio uindicte habetur primo. exit nutrix quæ declarat qualis fuerit aius deyanire quando uidit iolen & captiuas. Ctuentus: crudelis q̃si cupiens sãguinem. Vna domus unius mariti. Scylla & carybdis pericula in mari siculo de quibus diximus. Nulla nõ q̃ndo ante ponis nulla dicitur omnis: quando non ante ponitur dicitur aliqua. Melior: quam mulier irata. Decus: pulchritudo. Innubis: siue nubibus serenus & purus: similis erat uultus ioles. Herculea coniunx: deianira simi lis sæuæ tygridi quæ catulos habet & instat armento propter filios: ut illis apportet cibũ: siue similis erat baccho furenti. Lyeum bacchum. Hesit: firmauit se deyanira limphata. i. furens discurrit per totam domum. Incurrit: facit impetum. Processit: apparuit in uultu dolor aí. Relicta quare oia exiuerunt foras. Habitus. qualitas uultus: nã mõ rubea mõ pallida erat. Erat demonstratur omni conditione. Imploret: quærit auxilium. Exe it: exprimit demonstrat perturbationem animi ex uultu perturbato. & gressu furenti ueniens deianira extra. Quãcunq;: Egrediens deyanira rogat iunonem ut mittat feram cõtra herculem: quæ illum perimat. & si non inueniat aliquam q; mater ipsam in feram quia est accensa tanto furore q; herculem poterit superare. Fœcundum: renascẽs ut ydre lernee. Ignara: uinci quæ non possit superari. Excessit feras: malus sit crudelitate quam feræ.

¶ Quid regna optimũ remediũ aduersorũ est patientia. DAN.

QVam cruentus: epithasis nouo, aduentu deianiræ & Nutricis. Constituit cum nutrice deianira ulcisci iniuriam herculis. carmẽ secũdum metro archilochio trimetro acatalectico Scylla & charybdis notissima sunt in mari siculo pericula uel carmine apolonii i quarto scilla filia fuit phorci ex hecate quam uocant aliter Cratæin ΗΥΤΕΚΕΦΟΡΚΩΝΟΚΤΙΝΟΛΟΘ ΕΚΑΤΗ ΤΗΝ ΘΕΚΛΙΟΘΟΙΚΗ ΑΤΤΑΝ &c. Nulla non quæuis færa horribilis mitior est irata fœmina. Pux fidua: luna luminare noctis. Herculea cõiunx: œneis. Menas: baccha ebria & entheata. Quãcũq;: Dolentis deianiræ & in tragicam sæuiciam prorumpentis uox hic attollitur hoc autẽ maxime expostulat q̃ ut tradit diodorus apud iolem filauit & cum uestibus eius pellem leonis permutauit pharetram pariter & arcum cũ colo & fuso qualem permutationem lepide perstrinxit naso in annalibus.

130

BER. ¶ Auertat.ſ.timens. Hanc animam.i. me ipſam. Hac: mente.ſ.furiata. Gommoda:de forma corporis ita terri bilē ut habeo animum. Capit: non capax eſt. Quid ex cutis Iuno quid quæris oēs feras:& monſtra per terras:& mala a plutone ut perdas herculē muta me in ferā:qa ſup plebo pro omnibus:& leuabo te onere perſequendi herculē. In iſto pectore.ſ.meo inuenies oēs feras quas time at hercules. Hoc telum.ſ.me ad perdendum herculē quē habes odio. Nouerca:loco nouerce. Furente.ſ.me. Reperi:dic quid uis fieri. Flāmas:iracundiā. Coniugē hercu lis monſtra te fortem eſſe in malis ut hercules. Germanos:indignatiue pariet ne captiuā filios ex marito meo & faciet q̄ filii ipſius dicantur fratres filiorum meorum. Iouis quia:hercules filius erat iouis. Non flamma: potius ignis & aqua ferentur ſimul: & urſa occidet in mare quā patior hoc. Sicca:quia nunq̄ occidit in mare. Non.ſ.patiar. Mulcta:uindicta.ipſa ero uindicta. Geſſeris: ſuſtē taueris hnmeris tuis:quāuis hercules feceris beneficia toti mundo tamen inueniam aliquid cōtra te peius idra. Ignis non eſt tam furens in ethna quantum eſt furor uxoris iratæ. Animus.ſ.meus irat⁹ uincet quicquid eſt uictum tibi.ſ.te quia illa uiciſti. Capta:una captiua iole eripiet toros meos:indignatiue loquitur. Inuiſa pellex. Iole:timebam quando mittebaris ad mōſtra ſed nunc illa ē mihi loco mōſtri. Protector deū:uertit ſermonē ad illos deos quos ſolebat rogare p̄ ſalute Herculis:quando ibat ad monſtra:fundebant Præces:p eo. Ceſſere: exaudita ſūt uota mea non ad utilitatem meam:ſed pellicis nam illi ſuperſtes fuit hercules. Illi:ad utilitatem illius. O dolor ad ſeipſam dicit:dolor qui es tantus in me q̄ non potes ſatiari aliqua pœna. Satis:neſcit facere quod uellem ipſa i hercules neſcit facere illum mori. Pro me:uertit ſermōē; ex indignatione ad herculē. Lenta:flexibilis in nodos: nā achelous ut ſupra diximus mutabat ſe in uarias formas: modo in ſerpentem modo in taurū. Flecteret.ſ.achelous relicta forma ſepentis. Vno hoſte:cum uinceres mille formas unius hoſtis. Prælata:præponis mihi illam non patiar:eo die quo relinques me:eo faciam te mori. Quid hoc:dum loquitur indignata arguit ſe q̄ tardat furorē ſuum. Recedit:retrahit ſe furor. Langues debilitaris.

DAN. ¶ Hoc ſinu exeat:faciat irruptionem in herculem & proſternat. Hanc animam precor. da mihi formam horribilem qua inſequar uirum meum & inquietū agā:nam te iuuante ſuperabo omnem tartaream immanitatem paratiſſima adero ad perficiendū quodcunq̄ mihi iuſſeris ſcelus. Vtere furente:meæ mentis tælo ſi quæris aptam uidictam ad perdendum herculem. Non flamma parat ſe ad uindictam qua maxime omnium gaudet fœmina.

Hic animus:meus ſentietur ardentior flagrante ætna.

Malum herculi. Achelous:fluuius calydoniæ omniū præcipu⁹ & potentiſſimus ab homero ponitur i q̄. i Λi. pugnauit pro deianiræ nuptiis iuxta radices pindi geſta eſt pugna ſeparat ætoliam ab Acarnania & defluit in ſinum maliacum. Depoſita ſerpente forma ſerpentis. Milies: multas. Qui dies:erit iugalis dies ueſtra utrique funebri & mihi & tibi. Quid hoc recedit:ex incōſtantia muliebr mollit aliquantiſper furoris flammam ut inde collectisi uiribus maior ſurgat.

Auertat oculos:hoc ſpecu imenſo exeat:
Vel ſi fere negantur:hanc animā precor
Cōuerte in aliqd:quodlibet poſſū malū
Hac mente fieri:cōmoda effigiem mihi
Parem dolori:non capit pectus minas
Q uid excutis telluris extremæ ſinus
Orbemq̄ uerſas:quid rogas ditem mala.
Omnes in iſto pectore inuenias feras
Q uas timent:odiis accipe hoc telū tuis
Ego ſum nouerca:perdere alcidem potes
Perfer manus quocūq̄: quid ceſſas dea:
V tere furente:quod iubes fieri nefas:
Reperi.quid habes;ipſa iam ceſſes licet.
Hæc ira ſatis eſt.nū. Pectoris ſani parum
Alumna q̄ſtus cōprime:& flāmas doma
Frena dolorē:cōiugē oſtende herculis:
Da.Iole meis captiua germanos dabit.
Natiſq̄ fiet ex famula nurus:
Non flāma eurſus pariter & torrens ferēt
Et urſa pontū ſicca ceruleum bibet
Nō ibo mulcta:geſſeris cœlū licet.
Totuſq̄ pacem debeat mundus tibi:
Eſt aliquid hydra potius irate dolor
Nuptæ quis ignis tantus in cœlum furit
Ardentis æthnæ:quicquid eſt uictū tibi
Hic uicet animus capta preripiet thoros
Adhuc timebā mōſtra:iā nullū eſt malū
Ceſſere peſtes in locum uenit fere
Inuiſa pellex:ſūme protector deum:
Et clare titan herculis tantum fui
Cōiunx timētis uota quæ ſuperis tuli.
Ceſſere captepellici fœlix fui
Illi meas audiſtis o ſuperi præces
Incolumis illi remeat:o nulla dolor
Gōtētæ pœna.quære ſupplicia.horrida.
Incogitata:infanda.iunonem doce
Q uid odia ualeant.neſcit iraſci ſatis
Pro me gerebas bella propter me uagas
Achelous undas ſanguine infecit ſuo.
Cū lenta ſarpens fieret in taurum trucē:
Nunc flecteret ſerpente depoſita minas.
Et mille in hoſte uiceres uno formas.
Iam diſplicemus:capta prelata eſt mihi
Non preferetur qui dies thalami ultimus
Noſtri eſt futurus.hic erit uitæ tuæ.
Q uid hoc recedit animus & poit minas.
Iam ceſſit ira.quid miſer langues dolor:
Perdis furorem;coniugis ſanctæ fidem

Mihi reddis iterum: qd uetas flāmas ali:
Q uid frāgis ignes: hūc mihi ſerua īpetū
Pares eramus: non erat uotis opus
Aderit nouerca: quæ manꝰ noſtras regat
Nec inuocata.
Nu. Q uod paras demens ſcelus?
Perimes maritum: cuius extremus dies
Primuſq; laudes nouit: & cœlo tenus
Erecta terras flammas ſuppoſitas habet.
Rogos in iſtos terra conſurget parens.
Domuſq; ſoceri prima & ætolum genus
Sternetur omne: nā tuum gens herculē
Defendit omnis: una quot pœnas dabis:
Effugere terras crede & humanū genus:
Te poſſe: fulmen genitor alcide gerit.
Iam iam minaces ire per cœlum faces
Specta: & tonantem fulmine excuſſo diē
Mortē quoq; ipſam quā putas tutā: time.
Dominatur illic patruus alcidæ tui.
Q uodcūq; pergis miſera cognatos deos
Illic uidebis. De. Maximum feri ſcelus
Et ipſa fateor; ſed dolor fieri iubet.
Nu. Moriere.
De. Moriar herculis nempe inclyti
Coniunx: nec ullus nocte diſcuſſa dies
Viduam notabit: nec meos pellex thoros
Captiua capiet: ante ab occaſu dies
Naſcetur indis: ante glacialem polum
Scithas ue tepida phœbus afficiet rota.
Q uā me relictā theſſale aſpiciant nurus.
Meo iugali ſanguine extinguam faces.
Aut pereat: aut me perimat. eliſis feris
Et coniugem addat: inter herculeos licet
Me quoq; labores numeret: alcide thoros
Moritura certe corpore amplector meo.
Ire ire ad umbras herculi iunctum licet:
Sed nō inultā; ſi quid ex noſtro hercule
Concepit iole: manibus euellam meis.
Ante & per ipſas pellicem inuadam faces
Me nuptiali uictimam feriat die
Infeſtus: iolem dum ſupra exanimē ruā
Fœlix iacet quicunq;: quos odit præmit.
Nu. qd ipſa flāmas paſcis & uaſtū foues
Vltro dolorem miſera qd caſſum times
Dilexit iolem nempe: dum ſtarent lares
Regiſq; natam peteret: in famulæ locum
Regina cecidit: perdidit uires amor.
Multūq; ab illo: detraxit infœlix ſtatus.

¶ Perdis: quem modo habebas. Iterum: ut ſim bona in maritum. Ignes: ardores odii. Impetu;: dolorē. ſerua mihi impetum perdendi herculem. Pares. q. d. hercules fortis: ſimiliter & ego ſi ſeruado furorem. Votis: non erit neceſſe ut concipiam uota ad perdendum herculem: quia iuno nouerca ſponte aderit: non rogata adiuuabit me. Primus: & extremus oriens & occidens. Erecta tenus: eleuata uſq; ad cœlum: ſi uoles occidere herculem ad iſtam mortem ſurget terra contra te. Soceri: ocnei patris tui. Sternetur: occidetur in uindictam herculis cum tota gēte ſua: quia totus mundus. Defendit herculem: & ſi fugeres omnes homines non fugies patrem eius iouem qui fulmē habet. Mortem etiam ſi per mortem crederes effugere pœnam: non poteris: quia apud inferos regnat Pluto eius patruus. Illic: in loco mortis. Diſcuſſa: recedente: antequā ducatur alia quæ præripiat locum meum. Ante: arguit ab impoſſibili: quod priuſquam patiatur illa iſta fiēt: ſicut prius erit occaſus apud indios & glatialis polus erit tepidꝰ: quam uidear relicta ab hercule. Faces: quæ ferentur i nuptiis ioles. Pereat: aut morietur: aut interficiet me: ut fecit multas feras. Eliſis: oppreſſis & fractis. Alcide: quando proſternet me accurra; ad thoros eius ut illic moriar: uolo mori ſed prius ulciſci: ut cum Hercule uadam ad iferos & ſi iole fuerit grauida ex hercule partum eius euellam manibus meis. Per ipſas faces: in mediis nuptiis inuadam illam: & ſi interficiar ero tanquam uictima quæ ſolet occidi in nuptiis: & ſic mecum morietur inuiſa pellex ipſa quoq; contenta moriar. Quid ipſa: nutrix conſolatur deianirā dicens herculem non amare: tolem probabili ratiōe id demonſtrans: crede herculem illam amaſſe dum erat in fœli ci ſtatu ardentius quando illa potiri non poterat: nam ſemper nitimur inuetitum cupimuſq; negata: ut inquit Ouidius Et illicita uehementius amantur: ſed poſtea quam habuit illam ardor illius ceſſauit. Vltro ſine cauſa. BER.

¶ Nouerca: iuno quæ regat manus noſtras ad tantū ſcelus parandum etiam non rogata. Q uod paras: inſurgit in deianirā nutrix & quærit a feroci animo abſterrere. Flāma: ſplendor & claritas laudis herculeæ quæ i cœlum uſq; propagata eſt. Patruus: dis pater q te perdat ſorbeat & diglutiat. Ante ab occaſu: argumento a contrariis ſumpto ſe accingit ad ſcelus. Me nuptiali: herculis indignationē, p uocabo inuadens nouam nuptam ut moriar tanquam uictima nuptialis modo perficiam uotū cædis in hoſte & pel lice mea. Q uid ipſa: nutrix q̄ ſatagit honoris & uitæ alūnæ minuit meritum ioles: quam dicit amari ut captiuam & concubinā. Paſcis: flāmas. Conſtans iræ: lares pſni. DAN.

BER. ¶Cecidit:deuenit. Detraxit:diminuit. Licet:habeť in poteſtate:nam ſacietas capit omnes. Fortuna:ꝓbat cõtra riũ:ꝙ ſi hercules illã fœlicẽ amauit:nũc magis quoꝙ ama te cũ eã uideat infœlicẽ cõpatiẽdo illi. Hoc uſitatũ:cõcedit nutrix cõſuetudinẽ herculis q multas captiuas amauit & cito dereliquit. Soror priami:heſionẽ quã expugnata tro ia rapuit. Vag⁹:ad multas mulieres. Auge:puella regis archadiæ qua ſequebatur dianã ab hercule ſtuprata. Notam:ſignum amoris herculis. Teſpiades:filias quinquaginta teſpis uiolatas ab hercule una nocte intelligit:de quibus diximus in hercule furente:ſimiliter & de aliis ſequentibus. Breui face:non longo amore. Lidiam:omphale; intelligit. Tinoli:montis lidiæ. Colos:nam ab illa coactus ẽ filare & ueſtes muliebres induere. Spolia:ferre pellem leonis. Myrrha:unguento. Marcidus:deſes. Vbiꝙ: caluit in toto mundo amauit:ſed non diu. Herere fige:ſolent firmari poſtquam habuerunt multos amores. Famulam:ſi eſt uerum hoc.firmabit ſe in amore tuo nec præferet filiam hoſtis tibi. Littera:hæc interrogatiue legẽda ẽ. ut alta:facit deianira ſimilitudinẽ ſiluæ qñ ueſ frõdes emittit uirore ſuo oẽs allicit.ſ.hyeme: perdit omne decus amiſſis frondibus ſic mihi accidit quæ primo flore ætatis meæ placui herculi:uunc deficiens ero illi faſtidio. Alta forma magna pulchritudo. Inueſtit:adducit frondes. Solutos: furentes:iterum ueniente hyeme perdit decus ſuum. Comas:folia. Bruma:pars anni quando ſunt breuiſſimi dies Solis:nam ſoli trũci remanent. Longum iter:multos annos. Malis:propter mala:nam inquit ſalomon. Spiritus triſtis deſiccat oſſa. Petitum:amatum:forma mea amata ab hercule iam periit. Ex illo.ſ.quod fuit petitum. Mater:quã totiens peperi:partuſꝙ formam diminuit. Famula:iole ipſa ſeruat formam ſuam. Ceſſere:uidemus ꝙ ipſa facta eſt macilenta & ſqualor eſt in uultu eius:tamẽ adhuc eſt pulchra. Hinc:ex iſta cauſa non poſſum quieſcere:ꝙ illa pulchra præponitur mihi. Altrix:o nutrix mea. Thalamos meos:habere talem coniugem ut ego.

DAN. ¶Regis quãdo eſſet rex. Regina:regis filia iole. Amor: herculis in captam iam perfectus eſt & exhauſtus. Fortuna peior:amant raptores raptas ſupra q̃ dici poteſt cuꝫ ob miſerationẽ aduerſæ fortunæ eaꝫ cum ob nouitatem formæ. Auge:augẽ nymphã palladis miniſtram iuxta parthenium uiolauit hercules. Me ne theſpiades uocant:una nocte hercules ſtuprauit filias theſpii athenienſis hoſpitis numero quinquaginta:res in picturam redacta eſt in theutanto oppido in attica ad quam uiſendã germanicus Cæſar nauigauit inde theutantiæ puellæ aliter dicuntur. Lydiam numerum:hercules e ſublimi ſpecula iphitum ꝑcipi tauit reſponſum eſt cædes huiuſce purgari nõ poſſe niſi uẽderetur:& precio uenditionis ſatiſfieret liberis iphi ti. Venalem itaq; herculem mercata eſt omphale iardanæ lydorum regis filia:cui ad omnia iuſſa ancillariolu; ſe præſtitit hercules.ſcribit Diodorus. Marcidus:delibutus:unguento myrrhino. Caluit:arſit amoris flãma. Sic noſtra longum:comparatio de forma hominis ad ſiluã: quaſi arbor ſit homo:& home.ſæpiſſime uocat.φῦλαανθρώπων humanum genus:& græci dicunt τοῦτό ανθψωπῦτό ipſos homines quaſi arbores cõtrarias carpit forma noſtra quẽadmodũ ſyluæ decus foliorꝫ lapſu. Petitũ:optabile. Ex partu:propter partũ deficit. Pedor:macies fœtida & aſpectu triſtis.pedor propriæ captiue &' compedite. Traxit: abſtulit. Fato inuido:fœlici & inuidioſo ſidere. Quo nimis quiſq;:optabant omnes ſimilimum meo coniugem.

Minus

Illícita amantur:excidit quícquid licet.
De.fortuna amorẽ peior inflãmat magis
Amat uel ipſam:quod caret patrio lare
Quod nudus auro crinis & gemma iacet
Ipſas miſericors forſan erumnas amat.
Nu. Hoc uſitatũ eſt herculi:captas amat
Dilecta priami nempe dardani ſoror
Cõceſſa famula ẽ adiice quot nuptas pri⁹
Quot uirgines dilexit:errauit uagus.
Archadia nempe uirgo palladios choros
Dũ nectit auge uim ſtupri paſſa excidit
Nullamq; amoris retinet herculei notam
Referam qd alias:me ne teſpiades uocãt:
Breuiq; in illas arſit alcides face.
Hoſpes tinoli lidiam fouit nurum.
Et amore captus ad leues ſedit colos:
Vnum ferocí ſtamen intorquens manu.
Nempe illa ceruix ſpolia depoſuit fere:
Crimẽq; mirra præſſit:& famulus ſtetit.
Hirtam ſabea marcidus mirrha comam:
Vbiq; caluit:ſed leui caluit face.
De.Herer amãtes poſt uagos ignes ſolẽt
Nu. Famulã ne & hoſtis ꝑferet natã tibi:
De. Vt alta ſiluas forma uernantes alit.
Quas memore nudo prim⁹ iueſtit tepor
At cum ſolutos extulit boreas notos
Et ſæua totas bruma decuſſit comas.
Deforme ſolis aſpicis truncis nemus
Sic noſtra longũ forma percurrens iter:
Deperdit aliquid ſemper:& fulget min⁹.
Maliſq; minus eſt:quícquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit:ex partu labat
Materq; multum rapuit ex illo mihi
Aetas citato ſenior eripuit gradu
Vides ut altum famula non perdat dec⁹:
Ceſſere uultus pœnitus & pedor ſedet
Tamen per ipſas fulget erumnas decor.
Nihilq; ab illa caſus & fatum graue:
Niſi regna traxit:hinc meũ pectus timor
Altrix laceſſit:hinc rapit ſomnos pauor.
Præclara totis gentibus coniunx eram:
Thalamoſq; noſtros inuido fato nurus
Optabat omnis:quo nimis quiſq; deos
Orabat ullos:nuribus argolicis fui
Menſura uoti:quem ioui ſocerum parẽ
Altrix habebo:quis ſub hoc mũdo mihi:
Dabitur maritus:ipe quí alcide imperat:
Facibus ſuis me iungat euriſtheus licet;

Minus ẽ thoros meruísse regnantis leue ẽ
Alte illa cecidit quæ uiro caret hercule.
Nu. Conciliat aíos coniugũ partus fere:
De. Sic ipse forsan díuídit partus thoros.
Nu. Famula illa trahít interim domũ tibi
De. Hunc quẽ p urbes ire præclarũ uides
Et uiua tergo spolía gestantem feræ:
Q ui regna míseris donat: & celsis rapíte:
Vasta grauatus horrídam claua manum
Cuius triumphos ultimí seres canunt:
Et quísquis alius orbe consepto iacet.
Leuís ẽ: nec illum gloriæ stimulat decor:
Errat per orbem non ut æquetur ioui.
Nec ut per urbes magnus argolicus eat
Q d'amet reqrit: uirginũ thalamos petít.
Si qua est negata capitur: í populos furit.
Nuptas ruínis quærit: & uitium ípotens:
Vírtus uocatur: cecídit æchalía inclyta
Vnusq; titan uídit atq; unus díes:
Stantẽ & cadentẽ: causa belládi ẽ amor:
Totiens timebit herculi natam parens:
Q uotiens negabit: hostis ẽ quotiẽs socer
Fieri recusat: si gener non est furit.
Post hæc quíd ístas ínnocẽs seruo manꝰ:
Donec furentem símulet ac sæua manu:
Intendat arcus meq; natumq; opprímat:
Sic coniuges expellit alcídes suas
Hæc sunt repudia: nec potest fieri nocẽs
Terris uíderi sceleribus causam suis.
Fecit nouerca: quid stupes segnis furor:
Scelus occupandum est.
Perge dum feruet magnus:
Nu. Perímes matítum:
De. Pellícis certe meæ:
Nu. At ioue creatum.
De. Nempe & alcmena satum.
Nu. Ferro ne: De. Ferro. Nu. Sí nequís
De. Príami dolo.
Nu. Q uis íste furor est:
De. Q uem meus coniunx decet.
Nu. Q uem nec nouerca perímít:
Hunc perímes uirum:
De. Cælestis ira quos pmít míseros facít:
Humana nullos.
Nu. Parce miseranda: & time.
Contẽpsit omnes ille: qui mortem prius
De. Líbet ire in enses.
Nu. Maior admisso tuus:

¶ Mensura: qñ mulieres argolicæ optabant matrimoniũ rogabant deos ut darent símile meo. Q uẽ ioui. si fiat repudium inter nos ubi inueniã alium filium Iouis. Facibus: matrimonio q̃uis eurystheus qui imperat Herculi: accipiat me in uxorẽ: tñ nõ erit tantum quantus in hercule. Nam inueniunt plures reges: & solus est unus Hercules. Regnantis: regis. Alte: ex alto: nam cum multi reges inueniantur: nullus tñ Hercules inuenitur. Conciliat: amicos facit. Partus filii octauo ethicorum scribitur qd amor causatur ex ꝓcreatione filiorum. Sic Iuuenalis: ut queant partu retinere maritos. Fere: ponitur aliqñ pro quasi: aliqñ ꝓ semp: ut ibi. Sic ipse: ita poterit iole parere & iunget sibi herculem: & me illi disiunget Trahit: uides q̃ hercules misit eã seruã tibi. Hunc quem: non est spes habenda in hercule: nam si dimiserit iolẽ: accipiet aliã: solet ipse ire p orbem: non ut comparet sibi gloriam: sed ut inueniat uirgines quas amare possit & si non potest habere pacẽ eas uirapit: unde ista sunt bella quæ dicitur feciſſe: omnia illa propter amorem fecit. Hunc quem: relatiuum & antecedens in eodem casu gratia ornatus: ut Virgilius. Vrbem quam statuo. seruatur etiam apud oratores ut in eodem casu ponatur: ut sulpitio cui ante omnia cõcedebãt nõ sunt passi sepeliri: ordo igit erit: hũc quẽ uides. i. hic quẽ uides ire p̃clarũ leuis est. i. incõstans. Spolia: pellẽ leonis. Viua: qua detraxit uiuo leoni. Miseris: quos restituebat in regnum.

Grauatus: figurate. Seres: populi extremi in oriẽte. Iacet quicũq; populus: habitans intra terras est cognitus per herculem. Equet. s. propter gloriam. Q uod amet: q̃rit quas amet. Impotẽs: nõ potẽs se tẽperare. Oechalia: patria aũt ioles una die expugnata & dirupta fuit. Totiens timebit quotiens hercules uult unã uirginem & pt negat: totiẽs erit bellũ. Parẽs: quicũq; pater dicit pp eruytũ. Gener: hercules si nõ potest habere puellã furit. Post hæc. s. tãta uel præterea debeo expectare q̃ faciat repudiũ hercules: ut solet p necẽ cõiugium ut fecit de megera & filio prius illum interficiã: unde seipsa deianira stimulat ad uindicta; simulet: an expecto donec ueniat occidendũ me: & fingat se furentem: ut in prima tragœdia. Intendat: ad sagittandũ me & natũ hylũ. Sic. s. interficiendo. Fieri nocẽs: & si faciat tot scelera nõ imputant illi: sed iunoni nouerce quæ faciat illum furere. Terris: uniuerso orbi. Causam: excusabilem. Quid stupes: exhortatur seipsa; ad uindictam. Occupandum præueniendum priusquã te occidet. Feruet: incitata est ad mala. Pellicis. s. maritum nõ meũ.

BER.

¶ Mensura uoti norma & exemplum uoti ad similes nuptias. Ipse qui: occurrit obiectioni & excludit euristheũ; Minus est: q̃ esse uxorem herculis nam meruisse cuiuslibet regis nuptias præterq̃ herculis leue ẽ id quod declarãt sequẽtia alte illa cecidit quæ uiro caret hercule. Fere: quasi. Sic ipse forsan: uaſra responsio. partus illius quã plus diligit illum alienabit a minus dilecta. Famula: cui? gratia haud credíbile est reginã posse deseri. Præclarum: fama & meritis per trãsitum cõmendatio herculis interposita est a præclaris gestis. Orbe consepto: quem mare ambit. Leuis ẽ: insanit nõ enim uagat hercules ut uictorias quærat: sed ut puellas rapiat & incubet. Vitium: impotens: appellat uirtutem uitium quæ demonstretur in quacũq; alia re q̃ in rapina femellarũ. Timebit natã herculi timebit natæ suæ ne rapiatur ab hercule. Furit: sternit: dissipat: uastat uidetur puella. Post hæc. concitat iram suam contra herculem. Nempe alcmena: apte fœmina fœminam meminit & reginam & iouis concubinam.

DAN.

BER. ¶ Cõiũx meus:hercules.nã qñ occidit dicit se furere: ita ipsa dicã & simulabo furere. Miseros:dii:satis habẽt si faciant hoies miseros. Humana:ira hominũ facit nullos scilicet miseros:na; occidi & eos miseriis liberaui. Parce:noli facere. Admisso peccato:maior ẽ ira tua q̃ culpa herculis Par:si parua est culpa paruum debet esse odium. Vt sicut est parua iniuria parum dole. Malum pellicis: quãdo adducitur sibi pellex uidetur hoc parum. Artibus:scio p incantationes maritos alienatos reuocari ad amorem: unde sunt aggrediendæ artes magicæ:ut ibi restituatur hercules. Fere:quasi. Vernare:arguit q̃ maiora potuerit facere in medio hyemis feci uiresscere siluas & stare fulmẽ:idest nõ cadere in terras & alia quæ sequitur. Sicca:quæ erat sine aqua. Discussi:aperui. Vmbræ:animæ. Canis infernus:cerberus. Cantus:nulla lex naturæ ualet ad incãtationes meas. Tenent:seruant nullam rem naturæ. Illũ scilicet herculem. Iter:reuocandi illum ad amorẽ. Quas pontus:respondet deianira nihil satis esse ad reuocandum amorem herculis inuicti. Pontus:regio ubi regnauit mitridates.& Thessalia ubi uiguerunt uenefici. Cedat:uincatur. Mago carmiue:arte magica:dicebatur luna a uenefícis cogi in terras:ut exparueret in herbas ad uenefícia:licet fiant omnia quæ fieri possunt arte magica:non uincetur ille. Messes:ut media hyeme sint fruges. Deprehensum:firmatum ne fluat. Versa: mutata uicissitudine. Coactis:scilicet per incantationes. Vincetur:scilicet amor:quemadmodum uicit alios deos. Summis: extremis cuj hercules superauerit tot labores:forte cupido erit extremus & illi dabit spolium idest. Sed te:uult aperire cõ filium fuum nutrici:sed prius ab illa rogat silentium. Premas:occultes.

DAN. ¶ Quis iste furor:cum stupore quantus. Quem meus: hypalage. Quem nec nouerca:tũ coniunx poteris uideri sæuior nouerca:quæ uulgatissima fama priuignos perimit. Cælestis ira:accusat herculem & defendit se.nõ enj ex insanta quæro uindictam sed ex æquo. Contempsit: qui neglexit loca mortis negligit mortej & pœnas omnis. Admisso:peccato.Plautus.Quid tandem admisi pater. Cur sæua:cur modico errori tam grauia præstituis supplicia:insano & iracundo iudici uitio uertundum est ubi culpam pœna excesserit. Dolorem:meum. Pascit:auget & nutrit hoc malum non deputo leue. Pœnitus:intrinsecus unde penetrare pœnit9 intrare. Sed magnus dolor:amor læsus in capitalem iram cõuertitur ideo apollonius iquarto affirmat.ἐκόεσεν τερὶ θεό οὔλομε ναι ϛοναχάτε γοοιτε. Vernare:frondibus uestri nemora ui meorujcarminum coegi:& fulmen stare. Patuit:affatim scissa é. Non flectet uirum:nullum uenenum tam præsentaneũ quod hercules non superet.

BER. ¶ Interim:dum sciam ueritatem quid uelis. Circũspice: uide si aliquis sit qui possit nos audire. Eat respiciat. Arbitrio:testibus qui nulli sunt qui audire possint. Est in re moto:incipit deianira narrare remedium quo uti uelit ad reuocandum herculem ad amorem suum Nessus centaurus quem interfecit hercules cum in tranfitu eueni fluuium mihi parasset:moriens hoc mihi dedit remediũ. Loco:describit locnm in sede regia ita obsitũ ut illic sol nunquam possit penetrare. Nostra archana:secreta nostra. Defendens:occultans.Primos:ortũ solis. Seros:occasum.Ferens:qui fert secũ lumẽ. Rotã currũ:nã dicit stabulari i oceano rubẽti ppter radios solis. Illic:i illo specu.Pignus:certitudo sicut pignus certũ & tutũ creditorẽ facit.

Altrix

Alũna dolor est:culpa par odium exigat:
Cur sæua modicis statuis ut passa es dole
De.Leue eẽ credis pellicis nuptæ malũ:
Quicquid dolorẽ pascit id nimium puto
Nu.Amor ne clari fugit alcide tibi:
De.nõ fugit altrix remãet & pœnit9 sedet
Fixus medullis crede: sed magnus dolor
Iratus amor ẽ.nu.Artibus magicis fere
Coniugia nuptæ præcibus admistis ligãt
Vernare iussi frigore in medio nemus
Missumq; fulmen stare:concussi fretum
Cessante uento:turbidum explicui mare
Et sicca tellus fontibus patuit nouis:
Habuere motum saxa:discussi fores:
Vmbræ stetistis:& mea iussi præce
Manes loquũtur:sonuit infernus canis.
Mare:cœlũ.terra:& tartarus seruit mihi.
Nox media solem uidit:& noctẽ dies
Nihilq; leges ad meos cantus tenent.
Flectemus illũ carmina inuenient iter.
De.q̃s põt9 herbas generat aut q̃ thessala
Sub rupe pindus:aut ubi inueniã malũ
Qui cædat;ille:carmine in terras mago
Descendat astris luna desertis licet.
Et bruma messes uideat:& cãtu fugax
Sit deprehensum fulmen & uersa uice
Medius coactis fugerit stellis dies.
Non flectet uirum.
Nu.Vincit & superos amor.
De.Vincetur uni forsan:
Et spolium dabit.
Amorq; summus fiet alcide labor.
Sed te per omne cœlitum numẽ præcor.
Per hunc timorẽ:qcquid arcani apparo
Pœnitus recõdas:& fide tacita præmas.
Nu.Quid istud ẽ quod eẽ secretũ iubes:
De.Nõ tela sũt:nõ arma:nõ ignis:nõ miæ
Nu.Præstare fateor posse me tacitã fidẽ
Si scelere careat:interim scelus est fides:
de.circũspice agedũneqs arcana occupet
Partemq; in omnem uultus inquirẽs eat.
Nu.En locus ab oi tutus arbitrio uacat.
De.Est in remoto sedis egregiæ loco.
Archana tacitus nostra defendẽs specus:
Non ille primos accipit soles locus.
Non ille feros:cum ferens titan diem:
Lassam rubenti mergit oceano rotam.
Illic amoris pignus herculei latet.

Altrix:fatebor:neſſus eſt auctor mali:
Quẽ grauida nubes theſſalo genuit duci
Qua celſus aſtris inſerit pindus caput.
Vltraq; nubes othyr ſeductus riget.
Nãq; ut ſubactus herculis claua horridi
Achelous:omnes facilis in ſpecies dari.
Tandem peractis omnibus patuit feris.
Vnoq; turpis ſubdidit cornu caput.
Me coniugem dum uictor alcides habet
Repetebat argos:forte p campos uagus
Euenus altum gurgitem in pontũ ferẽs:
Iam pœne ſummis turpidus ripis erat
Tranſire neſſus uortice ſolitus uagum
Præcium popoſcit:meq; iam dorſo ferẽs
Qua iũgit hominẽ ſpina deficiẽs equo;
Frangebat ipſas fluminis tumidi minas
Iam totus undis neſſus exierat ferox.
Medioq; adhuc errabat alcides uado:
Vaſto rapacem uortice ſcindens gradu
Aſt ille ut eſſe uidit alcidem procul
Tu præda nobis inquit:& cõiunx eris.
Prohibetur undis:meq; cõplexam ferens
Creſſum citabat:nõ tenẽt undæ herculẽ.
In fide uector inquit immixti licet
Ganges & hyſter uallibus iunctis eant.
Vincemus ambos:conſequitur telo fugã
Præceſſit arcus uerba:tum longũ ferens;
Harundo uulnus:tenuit hærentem fugã
Mortemq; fixit;ille iam quærens diem.
Tabem fluentis uulneris dextra excipit:
Traditq; nobis ungula inſertam ſua
Quã forte ſæua ſciderat auulſam manu
Tũ uerba moriẽs addit hoc inquit magæ
Dixere amorem poſſe defigi malo.
Hoc docta michale theſſalas mouit mur?
Vnã inter oẽs luna quam ſequitur magã.
Aſtris relictis:illitas ueſtes dabis:
Hac inquit ipſa tabe;ſi pellex tuos
Inuiſa thalamos tulerit:& coniunx leuis
Aliam parenti dederit altiſono nurum.
Hoc nulla lux cõſpiciat;hoc tenebræ tegãt
Tantum remotæ:ſic potens uires ſuas
Sanguis tenebit:uerba deprehendit ꝙes
Mortemq; laſſis intulit membris ſopor.

Auctor:q docuit hoc. Nubes grauida:diximus ſuperius ixionem attẽtaſſe iunonẽ de ſtupro :cui iuno ex cõſilio iouis nubẽ in forma ſua obiecit cũ qua cõcũbens ixion centauros genuit. Theſſalo:duci ixioni. Pindus:mos theſſaliæ. Inſerit:qa uidet aſtra tangere. Othryx:mõs aſp theſſaliæ uerſus meridiẽ ex oppoſito ad oſſam diſpoſitus:ut dicit Plinius.iiii.lib.patria fuit lapitarũ. Eductus:eleuatus.

Subactus:achelous uictus:ut uidim⁹. Species:formas:nã mutabat in diuerſis feris. Patuit:cognitus fuit. Peractis:ſumptis formis oiũ; ferarũ. Subdidit:depoſuit ad terrã.nã cũ in forma thauri eſſet hercules illi abſcidit unũ cornu:ut diximus ſuperius. Victor.ſ.acheloi. Repetebat:reuertebat. Euenus:fluuius ẽ deſcendẽs a thracia & calydoniã ſecãs:de quo Oui.lib.no.meta. Venerat:eueni rapidas ioue natus ad undas.Pli.li.iiii.Euenus cadit i ſinũ corinthiacũ ex poſito ad urbẽ patras. Vortice.fluuium euenũ. Meq;:hoc modo recepit me cõmiſſam ab hercule ut me tranſueheret. Spina:eſt os: quod extenditur a collo uſq; ad partẽ poſteriorẽ erat neſſus ex media parte eq; : ex media hominis. Minas:ipſe ferens me frãgebat ipet⁹ fluuii. Iã tutus:tranſportauerat me:cũ adhuc hercules eẽt i medio fluctu. Citabat:accelerabat. Vector:uerba herculis ad neſſum:licet ganges & hyſter iũgerent ſimul:alter ẽ in oriẽte:alter i ſeptẽtrione:nõ me impediret ꝙ te pſequeret. Telo:ſagitta. Fugã:fugiẽtẽ:neſſum. Arcus:ſagitta prius pcuſſit eũ ꝙ audiret uerba. Lõgũ uulnus:lõga arũdo:hypalage. Fixit:firmauit & infixit mortẽ. Diẽ:extremã lucem. Excipit:cadentem colligit. Tabẽ: ſanguinẽ putrefactum. Inſertam:impoſitam.

¶ Arbitrio:res noſtra erit inteſtabilis & ſine arbitrio:non aderit ꝙſpiã q res noſtras arbitret. Eſt i remoto:neſſus cẽtaurus nubis & iſionis filius olim i traiectu eueni fluminis auferens deianirã dorſo:arundine cõfoſſus eſt ab hercule: moribũd⁹ tunicã dedit deianiræ medicatã felle lerneo ſua dens poſſe in amorem ſui reuocari alciden ſi qn ad aliam deficeret.ſunt qui dicant oleo & ſanguine ipſius monſtri i fectam fuiſſe tunicã:ſacrificaturus itaq; hercules ob uictoriã de rege Eurito rettulerat puerã lycã ad deianiram i trachiniã miſit q tunicam ferret qua in ſacris utebatur deiani ra dubitans amore ioles cõtẽti lycæ tunicã dat neſſeo ueneno medicatam ueſte uix tacta hercules lenta tabe cõſũptus eſt furibũus arreptũ crure lycã in mare,piicit lycmniũ & iolaũ delphos ſtatim miſit ſciſcitatũ de ſe rnſum ut i oeta pyra ſtrueret.reliqua fore curæ ioui patri. cõſtructã pyra; inſcendit hercules philoctetes ignẽ admouit.& cũ reliquia tũ nihil eẽt creditũ in ſupos relatũ:ubi nuptias hebes celebrauit a barbaris cultus ẽ & p deo habitus:in hac topographia auctor fabulã tãgit neſſi cẽtauri cuius opa ũſus ẽ hercules tãtiſper dũ tranſferret puellã deianirã a deuicto acheloo. Spina:a græcis ραχις dicitur.in dorſo ſpina homihis cõuertit in draconem:ut inqt pythagoras teſtimonio Plinii.ſpina eſt ſentis ſiue aculeus a cuius ſimilitudine ſpinæ piſcium dicuntur. Fugam:fugientem neſſum.

DAN.

Quã:ſcilicet ungulã ſibi prærabie abſciderat. Tũ uerba:dato ſanguine ſuo Deianiræ:neſſus hoc addidit: ſolẽt mulieres theſſalæ uti ad remediũ amoris illo:ſed opus eſt ſeruare occultũ a ſole. Magæ:incantatrices. Defigi:ſtabiliri. Malo:hoc ſanguiñe q ẽ tanꝙ uenenũ:hoc faciebat ut uenenaret herculẽ. Michale:nomẽ ẽ cẽtauræ fœminæ ꝙ docuit theſſalas hoc remediũ amoris. Quã magã.ſ.michalẽ. Luna ſeqtur pp peritiã artis magicæ. Illitas intinctas. Dabis:ſcilicet herculi. Tulerit:occupauerit. Altiſono:ioui patri. Hoc nulla lux:ſetuato ne uideat lucẽ. Potẽs:ad reducẽdũ amorẽ. Deprehẽdit:ſupuenit mors dum ita loqueretur.

BER. ¶Tu quam: mandat nutrici ut apportet uenenum illud. Admittit: recipit. Perge: uade. Mentem: scilicet hercu lis. Artus: penetrando per membra eius. Sinus: uestis. Inuictum deum: cupidinem ibo & iussa peragam: interea tu precibus deum amoris inuoca. Ethneum: fabricatū. a cyclopibus qui habitant ethnam. Theliger: cupido ge rens tela. Inteude: dirige. Certa manu: non frustra pcu tiesti. Spiculum: sagittam. Grauiore. ex grauioribus sa gittis: ut maius uuln⁹ ferat. Profer: prome ex faretra. Ri gidas: duras amantibus. Cornibus: opus est ut trahas ar chum adeo ut unum caput tangat aliud: ut grauius feras. Prome: extrahe talem sagittam quali fixisti iouem quan do captus est amore europæ. Fronte subita: natis sibi cor nibus. nam mutatus est in taurum. Puellæ: assyriæ Euro pæ filiæ agenoris regis Phœniciæ. Scindit: scilicet natan do. Discat: scilicet hercules. Faces: ignes amoris. Perbi bat: solam me atuet. Furua: nigra & infernalia: per circui tionem dicit plutonem qui captus fuit amore proserpinæ. Maioris: quare illuc descendunt omnes. Tu. cupido qui es terribilior nouerca iunone irata. Triumphum: de her eule. Prolata: reuertitur nutrix cum ueneno & uestc: & cum uenit lycas. iubet omnia occultari. Vis: illud uene num tantæ potentiæ. Palladia: omnes artes inuenit pal las. Lassauit: defatigauit filando & texendo omnē ma num famularem idest ancillarum. Pestem: uenenum.

DAN. Precibus artibus magicis.

¶Vnam inter omnes: ab auctoritate & peritia ueneficæ f dem facit ueneui. Tulerim: apheresis abstulerit. Leuis non seruans fidem coniugii datam. Hoc nulla lux: ue neficia tractantur noctu ideo oderunt lucem. Sopor: fer reus & stygius. Mentem: ut serpēs uenenū per membra uiam sibi inueniat ad cor. Et tactos sinus: insparsas sua tabe per uestes serpat ad ima ossium. Inuictum: cui om nia pareut. Aetneum: cyclopetum aut quod Virgilius dixit typhoeium. Certa: nunquam erranti. Amare: me scilicet quam tergiuersatur amore pellicis. Puellæ as syriæ: filiæ agenoris quam sustulit ad Cr[illegible]as. Coniuges: nō pellices diras. Perbibat: æbrius sit nostro duntaxat igni. Nouerca: quamuis. Palladia collo: in tutela pal ladis sunt lanificia.

BER. ¶Vis celanda: non cognoscat illud lycas. O quid: all o quitur lycā regina. Fidele: appositio est. Vagus: hercule Lidiā: omphalē cui seruiuit: hāc uestē filauit eo tpe nō ob lita coniugis mei. Nūc: hoc tpe amat iolem. Horridū durū iecur ubi est sedes amoris. Fors: pro sorte. Cōiunx: hercules dic nō induat hanc uestem priusq̄ fecerit sacrifi cia. Cana populo. corona de frondibus populi arboris q̄ habent folia albicantia ex una parte. Vinctus: coronat⁹ Matrem. uenerē. interea ibo domū ut sacrificem ueneri. Vos: dum recedit mandat choro ut defleat miseriam su am. Calydonie. ubi regnauit Oeneus pater Deianiræ. Extuli. duxi mecum de patria oetholia.

Tu quam meis admittit archanis fides
Perge: ut nitentes uirus in uestes datum
Mentem partus adeat; & tractos sinus
Intret medullas.
Nu. Otius iussa exequar
Alumna: precibus tu deūiuictū aduoca.
Q ui certa tenera tela admittit manu.
De. Te te p̄cor quē mūdus & supi timēt
Et æquor & qui fulmen æthneum quatit.
Timende matri teliger sæue puer.
Intende certa spiculum uelox manu.
Non ex sagittis leuibus: e numero precor
Grauiore profer: qđ tue nōdum manus
Misere in aliquem. non leui telo est opus
Vt amare possit hercules: rigidas manus
Intende: & arcum cornibus iunctis para
Nūc nūc sagittā pme: q̄ quōdā horrid⁹
Iouem petisti: fulmine abiecto deus:
Cum frōte subita timuit: & rapidū mare
Taurus puellæ uector assyriæ scidit.
Immitte amorem: uincat exempla omnia
Amare discat coniuges: si quas decor
Immisit ioles pectori herculeo faces.
Extingue totas: perbibat flammas mei
Tu fulminantem sæpe domuisti iouem
Tu furua nigri sceptra gestantem poli
Turbæ ducē maioris & dominū stygis
Tu qui nouerca grauior irata deus
Cape hūc triūpū: solus euince herculem
Nu. Prolata uis est. quæq; palladia colo
Lassauit omnem texta famularē mauū.
Nunc congregetur uirus: ut uestis bibat
Herculea pestem: p̄cibus augebo malū
In tempore ipso gnauus occurrit lycas
Celanda uis est. illa ne pateant mala.
DE. O quod supbe nō habēt ūq̄ domus.
Fidele semper regibus nomen lica:
Cape hos amict⁹ nostra quos uēit man⁹
Dum uagusi orbē fertur; & uictus mero
Tenet ferocī lidiam gremio nurum
Nunc poscit iolē: sed iecur fors horridū
Flectā emerēdo. merita uiciunt & malos
Non ante uestes induat coniunx iube
Q uā thure flāmas spgat; & poscat deos
Cana regentē populo uinctus comam
Ipsa ad penates regios gressus feram.
Precibusq; amoris horridi matrem colā.
Vos quas paternis extuli comites focis

Calydoniæ deflere lugendas uices.

Chorus mulierum.

FLemus o casus æneï tuos:
Comitum primos turba p annos
Flemus dubios miseranda thoros.
Nos acheloi tecum solitæ
Pulsare uadum cum iam tumidas
Vere peracto poneret undas
Gracilisq; uado serperet equo.
Nec præcipitem uolueret amnem.
Flauus rapido fonte licormas.
Nos pallidias ire per aras.
Et uirgineos celebrare choros
Nos cadmeis orgia ferre
Tecum solitæ condita cistis.
Cum iam pulso sydere brumæ.
Tertia soles euocat æstas.
Et spiciferæ concessa deæ
Actica mistas claudit eleusis:
Nunc quoq; fatum quodcunq; times
Fidas comites accipe fatis.
Nã rara fides: ubi iã melior: fortuna ruit:
Tu qcunq; es qui sceptra tenes:
Licet omne tua uulgus in aula
Centum pariter limina pulset:
Cum tot populis uix una est fides
Tenet auratum limen erynnis:
Et cum magne patuere fores.
Intrant fraudes: cautiq; doli.
Ferrumq; latens: cumq; in populos
Prodire parant: comes inuidia est.
Noctem quotiens summouet eos
Regem totiens credite nasci
Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aulæ:
Cupit hic regi proximus ipsi:
Claruſq; latas ire per urbes.
Vrit miserum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famem
Nec tamen omnis plaga gemiferi
Sufficit histri: nec tota sitim
Lidia uincit: neq; zephiro
Subdita tellus stupet aurato
Flumine clarum radiare tagum.
Nec si totus seruiat hebrus:
Ruraq; diues cingat hydaspes.
Intraq; suos currere fines
Spectentq; toto flumine gangem.

FLemus: sequitur chorus deflens uices deyaniræ: & tanq; fideles amice nolunt deseref reginã in calamitatibus quod non solet euenire regibus qui in aduersa forruna ab amicis destituuntur: qui sunt tanq; irũdines q; cũ uere & æstate apud nos fuerint: hyeme aduẽtante aufugiũt: demũ pclaris sentẽtiis laudat mediocrẽ cõditionẽ uitæ. Versus ẽ dimeter anapesticus. Oenei: casus uocatiui: o deianira filia oenei: oeneis patronomicũ ẽ. Turba: nos turba comitũ taurum. BER.

Dubios: incertos amores herculis. Pulsare: solite eram⁹ ludere tecũ in ripa acheloi fluminis œtholiæ. Peracto: finito uere: qñ modicas aquas hẽbat ut posset uadari. Serperet: ppter: ppe arenã flueret. Lycormas: alio noie euen⁹ fluuius œtholiæ circa quẽ ẽt ludere solebamus. Flauus: ab aquis flauis. Rapido: impetuoso. Nos: similitet ad sacra palladis tecũ eramus. Orgia: sacrificia oia dicuntur.

Cadmeis thebanis: nam cadmus edificauit thebas. Cistis: canistris quibus offerebantur munera. Tertia æstas: nã tertio anno fiebãt illa sacra. Spicifere deæ: cereri deæ frugũ. Elusis: urbs in thera insula ut oñdit ptolemeꝰ. Mistas: sacrificantes cereri qui miste dicunt ut supra uidimꝰ.

Claudit: quia sacra erant secreta. Nũc quoq; sicut temporibus psperis habuisti nos comites habebis: & in aduersis. Vbi: quãdo sententia bona. Tu quicũq; digreditur a ppposito: reges licet multitudinẽ magnam habebãt: uix unũ fidelẽ reperiũt in aduersis. Centũ: multa secundũ diuersa officia nã diuersæ mansiões sunt i domo regũ. Erynnis: furia. Fraudes: hæc oia sunt in aula principũ. Ferrũ latens. s. ad insidias: per hoc notat proditores. Prodire: exire. Eous: lucifer. nam cũ euaserint insidias noctis & mortẽ credendi sunt nasci de nouo.

¶ Tenet: fouet & complectit. Iecur: in quo sedet amor: & uoluptas. Emerendo: merendo emeriti stipẽdia noiantur qui militia perfuncti sunt. Iube: memora dic. Vos quas: ingressum aperit choro. Flemus: quartum carmen metro pindarico. Deyanire oenei regis calamitatẽ deplorant ætholæ. Oenei: producta penultima. Per primos annos: dulcioris beniuolentiæ exordia ex fidei constantia commemorãt. Vere peracto: nã uer imbriferũ est: & flumina eleuat imenso aquarũ tumore. Gracilis: humilis & superabilis pede. Tertia æstas: tertio quoq; anno fiebant thesmophoria discursu tacito. Papinius. Votiuã taciti lassamus lampada mystæ. Noctẽ: quotiens summouet eos aurora. Tu quicunq; nouerca uirtuti: psperitas beatulis suis sic applaudit ut noceat: & infœlici successu sic iuia fortunatis obsequitur ut in finẽ perniciẽ operet. Conuiuis suis ab initio propinans dulcia: & cũ inebriati fuerint lætale uiꝰ miscet: hæc sũt domestica bona aulas ſgales sectãtibꝰ. DAN.

¶ Excussit: deposuit audiendo cantus. Lapis: scilicet sysiphi potuit sequi uatem orpheum & relinquere sysiphum BER.

Deæ: scilicet parcæ supplent colos: ideſt restituunt stamina euridices quæ iterũ restituitur ad superos marito. Respicit: retro aspicit. Immemor. s. legis date sibi quam uidimus apud Ouidium. Sibi redditam. i. restitutam ad uitã.

Sequi: quod sequeretur. Præmia: uxorem datam propter cantum. Periit: reuersa est ad inferos. Digerens: ordinans. Nulli non: ideſt omni: quando negatio ẽ post posita. Nectere: finire uitam ideſt omnia esse mortalia.

Deuictus: testis est sententia orphei: quicquid habet ortum habet finem. Obrutis: confusis. Dies: scilicet extrema ueniet mundo quæ sententia Platonis est. Australis: arctous septentrionalis.

BER. ¶Pauci:cõcludit ꝙ pauci colũt reges amoꝝ. Plures:explicat cãm cur ueniãt ad aulã principũ. Fulgor:splẽdor & excellẽtia. Proximus:amicus regi possit cõseq dignitates. Vrit:incitat ambitio gloriæ. Cupit:alius uadit ad diuitias habẽdas licet eius auiditatẽ nõ satiaret totũ aurũ mũdi Hispri:danubii:ubi nascunt gẽmæ. Lydia: ubi ẽ pactol⁹ ducẽs arenas aureas. Zephyro:q spirat ab occidẽte:itelligit hispaniã ubi ẽ tagus flu. ducẽsauriferas arẽas similiter ut scri. Plynius lib. iii. Hebrus: fluuius thraciæ ferẽs maximam fertilitatẽ:li hret totum mundum non satiaretur. Hidaspes: fluuius parthiæ. Gangem:fluuium indiæ. Natura:quæ paucis est contenta:ut Seneca in epistolis: si ad naturã uixeris contentus eris:si ad opinionem nunq̃ Colit:alios sequitur reges non ut fugiat paupertatẽ aut paret multas possessiões:sed ut largiri possit & paraꝝ amicos. Calcet:ut alius opprimat fauore regis omnes. Alios:aliquos præcipue sibi inuisos. Leuet nulli bonũ faciat Quota munita: pauci sunt qui perficiant cursum uitæ legitimum nam morte uiolenta pereunt. Cinthia:luna. eodem die qui fuerant fœlices efficiuntur miseri. Raru;: apud paucos. Senex:longum & durabile. Cespes terra gramine uirens præstat mollius cubile pauperibus quam purpura regum:& sic chorus commendat uitam mediocrem. Ditum:diuitum. Brutium:brutii populi italiæ añ calabriam uersus illud mare quod separat siciliam ab italia fluctibus & periculis famosum. Coro:uento. Pocula:uasa ligned. Trepida:sine metu ueneni. Sãguis:mors quando miscetur sanguis cum uino. Dispositio: gemmis distincto. Dona:margaritas quæ legunt in mari rubro. Detrahit:grauat. solebant antiquæ mulieres:ut scribit Iuuenalis:appendere gemmas:perforatis auribus. Sidonio:æneo uase in quo tinguntꝝ purpura:sidon ciuitas phæ
DAN. niciæ ubi color purpureus inuentus est. Mollis: delicata. ¶Sitim:quæ nunq̃ expletur :neq; faciatur: ut inquit Cicero in Catone: in hanc sententiam cadit Iuuenalis: Tibi q̃is non sit opaci omnis arena tagi. Idaspes:aluit persas omni fœlicitate dotatos atq; percelebres. Suos:auari. hic autem ex opportunitate ipsa accetrime inuehit in auaros per ecbasim qui cum multa possideant tñ semper egẽt & misere agunt:& profecto is diues non qui multa possideat sed animum temperantia cohibeat. Latius regnes auidũ domando spiritum quã si libiam remotis gadib⁹ iugas & uteꝝ pænas seruiat uni. Colit hic reges:hos mouet prodiga ambitio honorum superstitiosusappetitus ut inter alios unus emineat. Cespes tyrio:mollius dormitur & profundius super stramen & cespitem utridem:q̃ super purpureum stratũ. Vigiles:insomnes & amaras. Brutium fretum:species pro genere siculu; mare intelligit iuxta brutios in campania. Tenet & patula: scatulam fagineam. maior tum ultus in pectore diuitis tollitur: q̃ i mari siculo sol⁹ paup trãqllior. Dona:uniões & baccas idicas. Mœnia: lydia ubi uestes pingebantur acu. Phœbeis eurís:uentis orientalibus:ubi sunt seres qui ex arboribus suis colligunt sericum. Quelibet herba:non oportet tingere uestem pauperis præcioso colore. Colos:quarte declinationis. i. lanam filatam a pauperibus. Fouet: illa quæ ẽ uxor modici uiri:non habet dubios thoros. Lãpade matrimonio:nam ante sponsas ferebantur faces. Quarum .s. thoros:quarum diem. s. nuptialem siue natalem populi coluerunt. Nec sibi:non cognoscit fœlicitatem suã pauper nisi qñ uidet ruinam potentum. Defugit: qui nõ seruat mediocrem uiam:nunquam erit securus in uita. Dũ; petit: probat per exemplum phætontis. Puer. phæton.

Auídis: auídis natura parum est.
Colit hic reges regumq; lares:
Non ut presso uomere semper:
Nunq̃ cesset curuus arator.
Vel mille secent arua coloni
Solas optet quas donat opes.
Colit hic reges calcet ut omnes
Perdatq; alios: nullumq; leuet.
Tantum ut noceat cupit esse potens.
Quota pars moritur tempore fati.
Quos fœlices cinthia uidit:
Vidit miseros abitura dies.
Rarum est fœlix idemq; senex.
Cespes tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos
Aurea rumpunt tecta quietem.
Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora ditum.
Quantos intus sublímis agit
Fortuna metus brutium coro
Pulsante fretum mitior unda est.
Pectora pauper secura gerit.
Tenet e patula pocula fago.
Sed non trepida tenet ipsa manu:
Carpit faciles uilesq; cibos:
Sed non strictos respicit enses
Aurea miscet pocula sanguis.
Coniunx módico nupta marito:
Non dispositio clara monili:
Gestat pelagi dona rubentis
Nec gemiferas detrahit aures:
Lapis eoa lect⁹ i ũda. Nec sidõio mollis
Repetita bibit lana rubores Caheno
Nec mœnia distinguit acu:
Quæ phœbeis subditus euris:
Legit eois feret arboribus
Quælibet herbe tinxere colos:
Quas indocte neuere manus.
Sed non dubios fouet illa thoros.
Sequitur dira lampade erynnis.
Quarum populi colerent diem.
Nec sibi fœlix pauper habetur:
Nisi fœlices cecidisse uidet.
Quisquis medium defugit iter:
Stabili nunq̃ tramite curret.
Dum petit unum præbere diem.
Patriosq; puer concitat axes:
Nec per solitum percurrit iter

Sed phœbeis ignota secat:
Sydera flammis errante rota
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cæli cum peregit iter:
Tenuit latias dedalus oras:
Nullíq; dedit nomina ponto.
Sed dum uolucres uincere ueras:
Icarus audet patriasq; puer
Despicit alas phœboq; uolat
Proximus ipsi: dedit ignoto: Noia pōto.
Male pensantur magna ruinis:
Fœlix alius magnusq; uolet.
Me nulla uocet turba potentum.
Stringat tenuis littora puppis.
Nec magna meos aura phasellos
Iubeat medium scindere pontum.
Transit tutos fortuna sinus
Medioq; rates querit in alto.
Quarum feriunt supera nubes.
Sed quid pauido territa uultu:
Qualis baccho sautia thias.
Fertur rapido regina gradu.
Quæ te rursus fortuna rotat.
Miseranda refer: licet ipsa neges.
Vultus loquitur quodcunq; negas.

Actus tertius. deyanira Chorus.

Deyanira loquitur.

VAgus partus errat excussos tremor:
Erectus horret crinis: ipulsis adhuc
Stat terror animis: & cor attonitum salit.
Pauidumq; trepidis palpitat uenis iecur
Vt fract9 austro pōtus etiam nūc tumet.
Quanuis quiescat languidis uentis dies.
Ita mens adhuc uexatur excussa metu
Simul profecto premere fœlices deus
Cū cœpit urget: hos habēt magna exitus:
Cho. quis tā ipotēs: o misera te casus rotat
De. Vt missa palla est: tabe nessea illita.
Thalamisq; amens intuli gressum meis.
Nescio qd anim9 timuit & fraude struit.
Libet experiri solibus: uiris ferum:
Flāmasq; nessus sanguinem ostēdi arguit
Hic ipse fraudes esse præmonuit deus:
Et forte nulla nube respersus iubar
Laxabat ardens feruidum titan diem.
Vix ora solui: patitur & nunc timor:
Medios in ignes solis: & claram facem
Quo tincta fuerat: palla uestis illita
¶ Secum: quare ipse fulminatus est & combustus orbis. BER.
Medium aliud exēplum dædali & Icari notissimū. Tenuit: uenit cumas: ut Virg. in principio sexti. Nulli ponto: qa non cecidit ut filius Icarus in mari cui dedit nomen icarium. Veras: aues que naturaliter uolant. Ignoto: qa antea pars illa maris non erat nota. Male: p̄clara sūia nō est bona compensatio: ut uelis ire altius ut poste cadas.
Pensantur: cōpensant tractū a bilance. Magna: res magnæ. Alius: dicit chorus quærant alii aliu; statū uolo mediocrem. Potentum: nullus rex uocat me. Stringat: utitur metaphora sumpta a nautis: habeo paruam cymbam & securus ibo circa littora: qui hñt magnas naues uadant in altum ubi sunt multa pericula. Trāsit: nō nocet illi q est iuxta portū. Sinus: portus. Querit. s. fortuna ut perdat in medio mari. Quartū. s. ratiū. Supera: uela quæ hab̄t uela ita animata ut tangāt nubes. Sed quid ueniebat deyanira attonita. Thias sautia: sacerdos bacchi concitata furore. Refer: dic nobis regina q casus te agitat. Vultus: ex quo perturbatio animi cognoscitur.

VAgus: hic est tertius actus in quo cotinetur dolor deyaniræ. nā facto sacrificio ueneri incidit ipsa suspitio q nexus dixerat ne ostenderet sanguinē soli: uñ ipsa uolēs experiri qd id eēt sanguinem protulit in solem & statim cœpit ebulir & emittere flāmas igneas: unde tunc præcipiens illud esse uenenum reddit dolens: interrogaturq; a choro cur ita pallida sit: ipsa autem respondet. Vagus: currens per omnia mēbra. Excussos: conquassatos. Horret: erigitur. Salit: tremit.
Vt flatus: dat comparationem de tempestate maris q licet uenti cessent: tamen non cessat motus & estus subito.
¶ Nisi fœlices: ruina potentum est magnum exemplum humilitatis. Dum petit unum: phæthon fuit filius solis eodem nomine appellatus est absyrthus frater medeæ. alter eridanus dictus est phaeton unde accipit nomen Amnis rex fluuiorū. padus ab frequentia illi cū dictus est quas teste Plinio galli uocant pades. notissima apud apollonium rhodium fabula phæthōtis in quarto argonauticon. Tenuit: expertus liquidū dædalus aera pēnis non homini datis. uidit ruinam filii mediocritatis lineam elysi. Nomia pōto: icario q est inter cretā & sicilia; de quo meminit Naso in ludicro amatorio: & Hora. in prima ode. Male pēsā tur: satius ē fœlicē nō hr̄e fortunā q̄ ab eius flagitio ruere. DAN.
Nec magna: metaplasmus de humili & sublimi fortuna ad angustum & capax nauigium.

VAgus: cōsumptus ē hercules tabifico incēdio & i apotheosim relatus. deiāira certiorata facti nq̄ dubitat mori. act9. iii. carmē. v. iābicū trime. cōploratio deianiræ & chori trachiar. Vagus: tota exhorreo & intremisco stant comæ & cor meū ludicrū facit.
Excussa: conquassata. Languidis: deficientibus. Semel: quando dii incipiunt mutare fortunam alicui non sunt contenti uno malo: sed plura addunt miseris. Dolebam: nuper de iole nunc mihi accedit alia calamitas. Premere grauare. Vrget non cessat. Hos exitus: scilicet ut ueniant ad calamitates. Impotens: scilicet in malum crudelis. Rotat uersat. Vt: postq̄ respondet deianira
Timuit: cœpit suspicari malum. Astruit: affirmat ipsū esse uenenum. Arguit: probat. Hic: in hoc uerbo quod ille prohibebat sanguinem ostendi soli. Laxabat: dilatabat suum calorem. Vix: uix possum dicere quod uidi.

BER. ¶ Niues: quemadmodum tempore ueris flante euro soluuntur niues ita liquefactus est ille sanguis aspectu solis. Lubricus: solubilis. Vtq; alia comparatio. Leucas: insula: teste pomponio iuxta epirum habens montem altissimum. Salo: mari. Aut: alia comparatio sicut thura laxantur idest dissoluuntur posita in gne. Omne: uirus ille sanguis consumitur. Comam: quantum traxerat. qa iam deficiebat materia. Causa: ipse sanguis: dum miror hoc monstrum: statim euanuit. Quin. imo terra ubi erat positum uenenum uidebatur feruere & mori. Spumeos cum quadam spuma. Labat: mouetur. Timens dum; ita loqueretur uidet uenientem nutricem & hylum filium q iuerat quæsitum patrem herculem. Quassat: sicut dolore affecta. Ardenti: festino. & sic dat locum sequenti scene. Prome: narra fili.

PRofuge: Respondet filius monens matrem ut fugiat ut possit esse tuta a furore herculis: tibi petendus est locus aliquis ultra illa ubi fuit hercules: si uis euadere. Insontem: sine culpa. Deus: hercules appositiue. Locum iouis. ut liberaret homines a malis. Properant. nam semper extremam miseria; suam uolunt scire. Vidua: intellexit herculem esse mortuum: unde dicit putabam me esse uiduam propter iole; sed nunc uideor uidua & uere expulsa.

DAN. ¶ Arguit: non erãt patefacienda in luce; nocturna uenificia: quoniam amisissent uim ueneni. Et phœbi comam cum illucesceret uisa est solis coma inardere ui maxima ueneni. Leucas: sinus ambraciæ cuius præcipitium in mare saluberrimum est amantibus: hunc sinum adnauigarãt semidei e colchia redeuntes ut meminit apollonius. Lassus: crebro aquarum impulsu. Cælestibus in cultũ deoꝝ extructis. Laxantur: liquescunt & soluuntur.

PRofuge: ex inata pietate filius concitatissimo eiulatu hortatur matrem ad fugam. hylus herculis ex deianira filius. Grande: uitabile horrendum. Priuata: pertinentia tibi soli: nam totus mũndus obstrepit. i. conqueritur. Quam prope: interrogat filium quantum hercules sit prope mortem: respondet filius q; mors uidetur eu; fugere: nec fata uidentur uelle perimere eum qui fuerit salus mundi. Semel: quando hercules fuit apud iferos ubi est locus mortis. Colos: de quibus trahunt fila. Peragere fatum: rumpere uitam herculis. Hoc. s. die. Sũmo. ultimo: erit ne hic dies quod moriatur hercules. & q; dicatur hercules iuisse ad inferos. Erit. s. hercules aliter inerit. Peiorem. ubi sunt inferi. Precedere. dic fili si nondum mortuus est pater quia illum uolo precidere in morte.

Abiectũ horret uirtus: & phœbi comam.
Tepefact9 ardet: uix quo monstrũ eloquí
Niues ut eurus soluit aut tepidus notus.
Quas uere primo lubricus perdidit.
Vtq; euolutos frangit ionio salo
Opposita fluctus leucas: & lassus tumor
In littore ipso spumat: aut celestibus
Aspersa tepidis thura laxantur focis
Sic languet omne uirus: & pdidit comam
Dumq; ipsa miror: causa mirandi perit.
Quin ipsa tellus spumeos metus agit.
Et quicqd illa tabe contactum est labat.
Timensq; tacita sequitur: & quassat caput
Natum pauentem cerno: & ardenti pede.
Gressus ferentem: prome qd portes noui;
Hyllus devanira Nutrix. Hyl. loquitur.

PRofuge: quere si qd ulterius patet
Terris freto siderib9 oceão iferis:
Vltra labores mater alcide fuge.
De. Nescio qd animis grãde pfagit malũ:
Effare qui me casus insontem præmat.
Hy. Dec9 filud orbis atq; præsidiũ unicũ
Quẽ fata terris in locum dederant iouis:
O mater abiit & mẽbra & herculeos toros
Vrit lues nescio quæ: qui domuit feras:
Ille ille uictor uincitur meret dolet:
Quid q̃ris ultra. de. miserias pperant suas
Audire miseri: fare quo posita instatu
lã nostra domus ẽ: o lares: miseri; lares:
Nũc uidua: nũc expulsa nũc feror obruta
Hy. Non sola meres: hercules toto iaces
Mundo gemendus. fata nec mater tua
Priuata credas: iam genus totũ obstrepit
Hunc eiulatu: quem gemit cũcti gemũt.
Cõmune terris omnibus pateris malum:
Luctũ occupasti prima; non solũ herculẽ
Miseranda meres.
De. Quam prope a leto tamen
Ede ede quæso iaceat alcides meus.
Hy. Mors refugit illũ: uictaq; i regno suo
Semel est. nec audẽt fata tã uastũ nefas
Admittere ipsa forsan trepido colos:
Clotho manu proiecit: & fatum herculis.
Timet peragere. proh diẽ nefãdum diem
Hoc ne illo summo magnus alcides erit
Ad fata & umbras atq; peiorem polum.
De. Præcidere tu illũ dicis an possũ prior
Mortem occupare fare si nõdum occidit.

Hy. Euboica tellus uertice ímẽſo tumẽs:
Pulſatur omni parte: phrixeum mare
Scindit caphareus: ſeruit hoc auſtro latuſ
At qua niuoſi patitur aquilonis minas:
Euripus undas flectit inſtabiles uagus:
Septemq; curſus flectit: & totidem refert
Dum lapſum titan mergat oceano iubar.
Hic rupe celſa nulla quam nubes ferit
Annoſa fulgent templa cenei iouis.
Vt ſtetit ad aras omne uotiuum pecus:
Totumq; tantis gemuit armentis nemus:
Spolium leonis ſordidum tabo exuit.
Poſuitq; clauæ põdus: & pharetra grauis
Laxauit humeros: ueſte tunc fulgens tua
Cana reuíctus populo horrentẽ comam
Succendit aras: accipe has inquit focis
Non falſe meſſes genitor & largo ſacer
Splẽdeſcat ignis thuſ: quod phœbũ colẽs
Díues ſabeis colligit truncis arabs.
Pacata tellus: inquit & cœlum: & freta:
Feris ſubactís omnibus redíi uíctor:
Depõe fulmẽ: & gemitus in medías pces.
Stupẽte & ipſo cecidit: hinc cœlũ horrido
Clamore complet: qualis ímpreſſa fugax:
Taurus bipẽne: uulnus & telum ferens
Delubra uaſto trepída mugitu replet.
Aut quale mundo fulmẽ emiſſum tonat.
Sic ille gemitus ſydera & pontum ferit:
Et uaſta calpe ſonuit: & uoces cyclas
Excepit omnes: hinc petræ capharides
Hic omne uoces reddit herculeas nemus
Flentem uídemus: uulgus antiquã putat.
Rabiem rediſſe: tunc fugã famulí petunt.
At ille uultus ígnea torquens face.
Vnũ inter omnes querit: & ſequitur lycã.
Complexus aras ílle tremebunda manu.
Mortem metu conſũpſit: & parum ſui
Pœne reliquit: dumq; tremebundũ manu
Tenuit cadauer: hac manu inq̃t te feram.
O fata uíctus herculem peremit lycas.
Ecce alía clade: hercules peremít lycam.
Fata ínquinãtur: fiet hic ſummus labor.
In aſtra miſſus fertur: & nubes uago
Spargít cruore: talís in cœlum exílit:
Harundo getica iuſſa dímittí manu.
Aut q̃ cidon excuſſit: inferius tamen
Fugiente trunco corpus ín pontũ cadit:
In ſaxa ceruix: funus ambobus iacet

¶ Euboica: hylus deſcribit ſeriem rei & locum ubi hercules uolebat facer ſacrificium. Euboica: inſula euboiæ. Pulſatur. ſ. a mari. Tumens: eleuata ubi eſt caphareus, pmõtorium. Phrvxium: dicitur etiam helleſpontus. Auſtro ſubjectum eſt meridiei: & uerſus ſeptentrionem habet euripum mare anguſtus quod ſeparat illam a terra cõtinua & per ſeptem horas creſcit: & per ſeptem decreſcit: unde dicit inſtabiles undas: quia teſte pomponio lib. iiii. Alterno curſu ſepties in die totidem in nocte refertur: eſt enim euripus inter boetiam & euboeiam. Hæc: in hoc loco eſt promontorium ubi erant templa iouis cenæi dicti a loco ubi erat. Vt ſtetit: poſtq̃ uenit hercu. ad aras ut ſacrificaret depoſuit habitus ſuos. Laxauit: liberauit pondere. Succendit: inductus ueſte quam miſeras iuit ad aras concipiens præces. Has: meſſes. Thura cynamum & alia odoramenta. Depone: non opus amplius ut mittas fulmen q̃re omnes tyrannos: & monſtra ſuperaui. Gemitus: dum pces ita cõciperet: cœpit ſubito ingemiſcere. Ipſo. ſ. hercule. Qualis: bona comparatio erat: quemadmodum taurus uulneratus ante aras qui impreſſa. i. infixa ſecuri aufugit mugiens. Mundo cœlo ille gemitus erat: quẽadmodum fragor fulminis. BER.

¶ Hercules toto: uir præſtans fama & factis: ubi moritur omnibus lachrymaſcit. Qua; prope a lœto: ubi iacet uir Mors refugit: mors terribilis eſt his quorum laus emori non poteſt. Clotho: quæ una e laníficis ſororib⁹ gerit colum a Martiano capella libraria appellatur ſuperorum qa ſententias iouis ſtudio ueritatis excipiat ſententia aut hic iouis fuit ne ſcriberet uita; filii in morticinio pugillari ſed tantum illum nomine parentis ad aulam Cæleſtem excitaret quam præclare geſtis iam tandem merit⁹ fuerat. Sũmo: ultimo & nouiſſimo die. Euboica tellus: ioui grates deſcriptio loci & templi in quo ſacrificaturus hercules cõbuſtus eſt Caphareus: imminet helleſponto ad radices cuius argiua claſſis ualde laborauit. Cana populo: redimitus populnea corona herculis petiit loca inferorum frondes pro para externa liuorem contraxerũt. quæ uero cutẽ preſſit præ ſudore incanuit. DAN.

Calpe: mons eſt ad ultimas partes hiſpaniæ uerſus oceanum. Cyclas: cyclades inſulæ ſunt in mari ægeo. Capharides: capharei promontorii de quo diximus. Reddit: ſcilicet reſonando. Flentem: herculem quaſi cum indignatione ſit prolatum. Vulgus: illi qui circunſtabant: credebant ipſum rediſſe in priſtinum furorem. Ille: lycas. Metu: quaſi mortuus eſt ex metu. Parum: nã quaſi erat mortuus quando hercules comprehendit eum. Pœne: ad pœnam. Cadauer: lycam mortuam quaſi. Feram: nam portabat eleuatum. Peremit lycam: quaſi dedecus eſt occidere uiliſſimum ſeruum. Summus: extremus ponetur in laboribus herculis. Talis: comparatio. Excuſſit emiſit. Cydon: populus crethæ. Inferius: fuit tantus impetus emiſſionis: ut caput ſit auulſum a corpore. Inferius: inferior pars corporis.

BER. ¶ Resistite: fugiebat oēs uidentes herculis impetum unde eos monet ut resistant: quia non agitatur furore: ut prius: sed grauiore malo. In me: furebam in alios: nunc placet sæuire in me. Nō posse: scilicet exuere. Palla: quia habebat partem corporis adherentem. Immiscet: trahendo uestem: trahebat & pellem. In medio: ignorabat causam sed tamen erat una causa uenenum. Sufficiens non potest sufficere tanto dolori. Famularis: famulorum multitudo. Pares: ita fortes sicut ipse qui a nullo poterat superari: nunc retinetur a nobis. Nunc puppis: iam posuerunt eum in cimba: ut reportarent ab euboia in boetiam. Auster: solebat hercules fortis ubiq; pondus ferre. ut etiam naues non essent capaces ipsius: nūc leua uento fertur. Quid cessas deliberare deianira mori post Herculem. Natū; hercule. Reddendus: opporteret eum reddere toti mundo: sed non possum. Exhibe: ad seipsam loquitur quasi dicat da pœnas toti mundo. Tam leuis: mutat ppositū q; deliberauerat mori māu ppria. Socer: iuppiter fulmia me.

DAN. ¶ Calpe: mons ad fretum gaditanum illuc peruenit hercules & posuit ibi Columnas quasi terminos laboris & expeditionis filius herculeæ calpes celatus gorgone parma;

Quid anime: accingit sed ad necem deianira nutrix conatur a necis proposito auertere & dolorem leuissimo affatu compescere satagit. Quid ces. uindicare quod fecisti scelus. Quid stupes: quod temere perpetrasti. Reposcit a te Herculem suum iuppiter quem peremisti. Iuno æmulum: mandatorum iuno precante toue lectum consēdit herculeū; uestibus tectum perinde ac pareret emisit id quod barbari seruant ubi adoptant aliquem in filium. heben quoq; filiam uxorem dedit: & iuter deorum cœtum connumerandum probauit. quo facto res diuina peracta est opunte quod oppidū est boetiæ herculi tauro. Capto. Ariete. sacrificii autorem Mœnecium Actoris filium.

BER. ¶ Cremasses: cōbussisses. Nouerca: fui peior quaq; nouerca iuno quæ non potuit herculem interficere. Feri: percute me ut insolitam pestem: & malum peius nouerca. Errantem: nescientem regere currus paternos. Populos: quituti erant uiuente hercule. Quid rogas mutat consilium iterum. Socero: ioui ne habeat hunc laborem. Coniugem: debeo me ostendere coniugem herculis ut sim fortis ut fuit maritus. Hoc: interrogatiue possum me occidere. Occupa: accipe. Gur demum: repræhendit etiam istud quia debet se præcipitare. Quicquid. s. quod potest facere mortem. Aetherea sublimi: præcipitabor de alta rupe. Oethea: scilicet rupes montis Oethe in thessalia. Renatum: a cacumine cuius apparet dies quando nascit. Mei: de me. Pendeant: stent suspense ad aliquod saxum. Rubeat: sanguine meo. Leuis una: alia deliberatio: nam te millies mori opportet quod tanto sceleri non satis est una mors. Extendi: produci in longum ut diutius det pœnas

Incubes: te iniicias. Thalamis: utinam haberem ensem herculis quo me ferirem. Vna: reuoca hanc deliberationem: & omnes gentes uocat: ut in illam coniiciant saxa & faces.

Coite

Resiste: inquit non furor mētē abstulit
Furore grauius istud atq; ira malum est.
In me iuuat sæuire: uix pestem indicat
Et sæuit artus ipse dilacerat suos.
Et membra uasta carpit auellens manu.
Exuere amictus querit: hoc solū herculē
Non posse uidi trahere conatus tamen
Et membra traxit: corporis palla horridi
Pars est: & ipsa uestis immiscet cutem
Nec causa dire cladis in medio patet.
Sed causa tamen est uixq; sufficiens malo
Nunc ore terram languidus prono ferit:
Nunc poscit undas: unda nō uincit malū:
Et nota querit littora: & pontum occupat
Famularis illum retinet errantem manus
O sortem acerbam: fuimus alcide pares.
Nunc puppis illum littore euboico refert.
Austerq; leuis pondus herculem rapit
Destituit aius mēbra: nox oculos præmit
De. Quid aie cessas qd stupes factū scelꝰ
Natum reposcit iuppiter iuno æmulum
Reddēdus orbi ē: quod pōt reddi exhibe
Eat per artus ensis exactus meos.
Sic sic agendū est: tam leuis pares manus
Tantas reposcit: redde fulminibus socer
Nurum sceleratā: nec leni telo manus
Armetur illud fulmen exiliat polo.
Quo ni fuisset genitus alcides tibi
Hydrā cremasses. pestē ut insolitam feri.
Et ut nouerca peius irata malum.
Emitte telum quale in errantem prius
Phætōta missū est perdidi erepto hercule
Et ipsa populos: quid rogas telum deos:
Iam parce socero: coniugem alcide necē
Optare pudeat: hoc erit uotum maius:
A me petatur occupa ferrum otius.
Gur demū ferrū: q̄cquid in mortē trahit:
Telū est abunde: ruptæ ab ætherea ferar.
Hæc hæc renatum prima quæ poscit diē
Oethea eligatur corpꝰ hinc mitti placet.
Abrupta cautes scindat: & partem mei
Ferat omne saxū, pendeant laceræ manus
Totumq; rubeat asperi montis latus.
Leuis una mors est. leuis at extendi pōt.
Elīgere nescis anime cui telo incubes.
Vtinam esset infixus thalamis meis
Herculeꝰ ensis huic decet ferro immori.
Vna perire dextra nobis sat est.

Coite gentes saxa: & incensas faces:
laculetur orbis: nulla nunc cesset manus.
Corripite tela: uindicem uestrum abstuli
Impune sæui sceptra iam reges gerunt:
Impune iam nascetur indomitum malum
Reddentur aræ cernere assuete hostiam
Similem colenti: sceleribus feci uiam.
Ego uos tyrannis regibus: monstris feris:
Sæuisq; rapto uindice opposui deis:
Cessas tonantis socia: non spargis facem.
Imitata fratrem: & mittis ereptam ioui:
Mecq; ipsa pdis: laus tibi erepta iclyta est:
Ingens triumphus emuli iuno tui.
Mortem occupaui.
Nu. Quid domum impulsam trahis:
Erroris istic omne quodcunq; est nefas.
Haud est nocēs: qcūq; nō spōte est nocēs
De. Quicunq; fato ignoscit: & parcit sibi
Errare meruit: mōrte damnari placet.
Nu. Nocēs uideri qui petit morte cupit.
De. Mors innocens sola deceptos facit.
Nu. Titana fugies. De. Ipse mē titā fugit
Nu. uitam relinques misera
De. Et alcidem sequor.
Nu. supereſt: & aura ille celestes trahit:
De. uici hercules cū potuit: hīc cepit mori
Nu. natū relinques: fataq; abrūpes tua
De. Quecūq; natū sepelit hæc uixit diu.
De. Virum sequeris.
Nu. Prægredi caste solent.
Nu. si te ipsā dānas: sceleris te misa arguis
De. nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat.
Nu. multis rmissa ē uita quos; error nocēs
Non dextra fuerat: factaquis damnat sua.
De. Quicūq; fata iniqua sortitus fugit.
Nu. Ipse hic megeram nempe cōfixā suis
Strauit sagittis: atq; natorum indoles:
Lernea flectens tela furibunda manu:
Ter paricida factus: ignouit tamen
Sibi. nam furoris fonte cyniphio scelus
Sub axe libico tersit: & dextram abluit
Quo misera pgis quid tuas dānas manus
De. damnat meas deuict9 alcides manus.
Fraudem placet punire.
Nu. Si noui herculem.
Aderit cruenti forsitā uictor mali.
Dolorq; fractus cedet alcide tuo.
De. Exedit art9 uir9: ut fama est hydræ

¶ Coite: congregate uos. Iaculetur iaciat. Vindicem: liberatorem herculem. Impune: quia non erit hercules q tollat eos. Reddentur are: intelligit busiridem solitum sacrificare homines: iam nascentur sæui tyranni: cuꝫ nullus erit hercules. Feci uiam: ut uenirent scelera in muudo. BER

Rapto: occiso hercule. Facem: incendium fulminis: iace in me fulmen quia eripui tibi gloriam tuam occidēdo herculem. Ereptam: quia soli ioui datur fulmen: sed eripe ab eo illud ut me perimas. Occupaui: preueni: nam tu illum perdere cupiebas: ut hanc gloriam haberes. Impulsam: quasi ad ruinam culpa non est tua. cum factum sit p ignorantiam. Quicunq; si quis peccauit per ignorantiam: & postea cognouit errorem debet ferre penitentiam: ne uideatur deliquisse libenter. Morte: ut mors sit penitētia. Nocens. uideri si interfeceris te uidebitur q; peccaueris. Deceptos. qui peccauerunt per errorem. Titana. solem uis hoc modo fugere lucem. Fugit me. s. sceleratam Supereſt. adhuc uiuit. Vinci. quando hercules potuit uinci & retineri a famulis. credendū est illū incepisse mori.

¶ Vna perire dextra. interrogatiue. ut respondeas non. DAN.

Coite. concurrite omnes mortales & me unam. telis saxis. facibus petite fodite distrahite ne ulla pars sit superstes mei. digna quam fulminet iuppiter aut iuno surrupto clā ioui fulmine. Quicunq; non sponte est nocens: ac si dicat nō sponte occidisti hercu. ergo absoluēdā terror facit.

Quecunq; natum: putat genus sepulture filii quādo pater eius mortuus sit. Prægredi: antecedere. Arguis uideris probare te sponte peccasse. Non dextra: cum factum fuerit per ignorantiam. Facta quis: quis est qui uelit eē iudex mali sui. Quicunq;. s. ille damnat qui uult fugere iniquitatem fatorum. Ipse: hercules probat exemplo mariti: q; factum per ignorantiam excusabile sit: ille uxorem & filios tali casu perdidit. Ter: quia megeram & duos filios interfecerat: tamen ignouit sibi. i. non se interfecit: sed iuit in lybiam ubi in flumine Cyniphio se expiauit. Cyniphis fluuius est garamantum teste Herodoto libro quarto. Nā ut ait a charitone colle profluit: & in libicū mare inter duas syrtes cadit pascitq; hyrcos maximos q ab illo cyniphei dicuntur: ut Virg. libro tertio geor. Cyniphei tondent hirci setaseq; comantes. Victor: hercules forte nō peribit hoc malo euadet quemadmodum ab aliis periculis. Cruenti: crudelis ueneni. Fractus: superatus. Cedet: superabitur ab hercule. Exedit: respondet deyanira non esse possibile q; euadat: cum iam consumptus sit ueneno lerneo.

BER. ¶ Autumas: existimas ꝙ uenenum serpentis mortue illi noceat quam uiuam interemit. Vtuum malũ: hydram. Infixo: quanuis esset morsus ab ea: tamen illam suffocauit. Obrutus: figurate: habens membra obruta ueneno. Opprimet: quasi dicat non. Manus. s. nessi uiuẽtis. Frustra: ñ opus ẽ ꝙ plura mihi persuadeas: nam statui mori. Vixit: satis fecit uitæ qui habuit de hercule uictoriam unde mihi non curanda mors est. Læsi: furore. Dissuadet: quia mors liberat miseros pœnis. Interim: aliquando ponitur pro interdum ut ibi. Donum: aliquando uita ẽ donum: aliquando malum. In pluribus: in maiori parte ergo tu uiue & habebis ueniam: expecta maritum & excusate. Sciat. s. hercules. Fraudis. s. nessi qui te decipit. Nuptæ: tui. Illic: apud inferos. Ream: scilicet me.

DAN. ¶ Immensa: indomita. Autumas: affirmas. plautus. nisi hoc ita factum est perinde ut factum est autumo nõ causam dico eum quin simules probri compositum uerbum ea ratione qua æstimo: ex ab & timo autumo. ut placet Nigidio. Exedit artus uirus: adeo præsentaneus fuit hydræ lerneæ malum ut non mõ cuiuis animãti: sed etiam ipsis serpentibus nocere potuit ut affirmat apollonius rhodius in quarto: ladona serpentum hesperidum mala seruante; confossum ægyptis lerneis illico expirasse & cadauer eius stigmosum fere totam regionem fœtore uulnerum contaminasse: quod muscæ etiam delingentes morieban-
turεκλεῖλπωον τῶνθλρηό λεργαιηόχολον αἱμα-
τι ωικρῦνιοιζον μῦιαιιωιόο μένοιδιέφελκέχιτερ-
ὅαιγοντῦ: &c. Horridum: ascitum manu propria lœtus; horridum est. Interim: eis qui timide moriuntur interim pœna est mori.

Manus. s. meas. Lethe: fluuii infernalis. Immemor. cuius aqua parit obliuionem. Tristis. anima mea propter cædem herculis. Nigrantis. infernalis. Para. mihi. Error meus. Syphea. pone me loco syphi. aut tantali. Latex uagus. aqua surgens modo deficiens tantalo. Rota. casus uocatiui. Turbinibus. reuolutionibus. Regẽ thessalum. ixionem intelligit. Vna danais. hypermestra quæ maritum seruauit. Explebo. complebo numerum quinquaginta. harum historiam & pœnas diximus i prima tragœdia. Laxate. petit ut aperiant inferos. ut possit ingredi. Phasiaca coniunx. medea colchica. Peior hæc. s. manꝰ mea. Mater. quia occidisti filios. Soror. absyrtum fratrẽ occidisti. Thraitia coniunx. progne quæ Ithim occidisti. Altea mater: meleagri. quæ filium ipsum occidisti. Natam tuam. habentes mores tuos. Quid tantum. dixi uos sceleratas. sed scelꝰ meum est maius. quia occidisti herculem salutem mundi. Elysium. campus est ubi piorum animæ accipiuntur. si est aliqua in istis sceleratа. illa me recipiat & cognoscat scelus suum per meum. Castæ facis marrimonii. Bellias. neptis belli patris danai patronomi cum abusiue formatum per additionem. Coniugũ. turbam. nam quinquaginta fuerunt minus una quæ maritos suos prima nocte interfecerunt: ut diximus.

¶ Inuictæ

Immensa pestis cõiugis membra abstulit
Nu. serpentis illi uirus nocere autumas:
Aut posse uinci qui malũ & uiuum tulit.
Elisit hydram dente cum infixo stetit
Media palude uictor: effuso obrutus
Artus ueneno sãguis hũc nessi opprimet
Quꝰ uicit ipsas horridas nessi manus.
De. Frustra tenetur ille qui statuit mori
Proinde lucem fugere decretũ est mihi:
Vixit satis quicunq; alcidem occidit.
Nu. Per has aniles ecce te supplex comas.
Atq; ubera ista pœne materna obsecro.
Depone tumidas pectoris læsi minas.
Mortisq; diræ expelle decretum horridũ.
De. Quicũq; misero forte dissuadet mori
Crudelis ille est: interim pœna est mori
Nu. Sed sæpe domũ in pluribꝰ ueniæ fuit
Defende saltem dextram infœlix tuam
Fraudisq; facinus esse non nuptæ sciat.
De. Defendat illic: inferi soluent ream.
A me ipsa dãnor: purget has pluto manus
Stabo ante ripas immemor lethæ tuas
Et umbra tristis coniugem excipiã meũ:
Sed tu nigrantis regna qui torques poli
Para laborẽ scelera quæ quisq; ausus est.
Hic uicit error: iuno non ausa herculẽ est
Erípere terris: horridam pœnam para:
Syphia ceruix cesset & nostros lapis
Impellat humeros: me uagus fugiat latex
Meamq; fallax unda decipiat sitim:
Merui manus præbere turbinibus tuis
Quecũq; regem thessalum torquens rota
Effodiat auidus hinc & hic uultur fibras
Vacet una danais has ego explebo uices:
Laxate manes: recipe me comitem tui
Phasiacha coniunx: peior hæc peior tua
Vtraq; dextra est: scelere seu mater nocẽs
Seu dira soror: adde me comitem tuis
Threicia coniunx sceleribꝰ: natam tuam
Altea mater recipe: nunc ueram tuam
Agnosce prolem: quid tantũ tamẽ manus
Vestre abstulerunt: elysium mihi:
Quæcunq; fide coniuges nemoris sacri
Lucos tenetis: si qua respersit manus
Viri cruore: nec memor caste facis
Stricto cruenta bellias ferro stetit.
In me suas cognoscat & laudet manus.
In hac abire coniugum turbam libet.

Sed & illa fugiet & turba tam diras man9
Inuicte coninnx animus innocens mihi.
Sceleſta man9ē: proh nimis mēs credula
Proh neſſe fallax: namq; ſemiferi dolis
Auferre cupiens pellici eripui mihi.
Recede titan: tuq; quæ blanda tenes
In luce miſeros uita: caritura hercule:
Lux uilis iſta eſt: exigam pœnam tibi.
Reddamq; uitam: fata nec extendo mea
Mortemq; coniunx in tuas ſeruo manus
Virt9 ne ſupeſt aliqua ſarmatica & manu
Seu dira ſoror eſt adde & comitem tuis
Intendere arcum tela miſſurum ualet.
Non arma ceſſant, teq; languenti manu
Num audit arcus: ſi poteſt telum dare
Animoſa cōiunx dexteram expecto tuam
Mors deferat: frange ut inſontem lycam
Alias in urbes ſparge & ignotum tibi
Emitte in orbem: perde ut archaciæ nefas
Et quicquid alius reſtitit: ab illis tamen
Coniunx rediſti.
Hy. parce iam mater precor
Ignoſce fatis: error a culpa uacat.
De. Si uera pietas hylle querēda eſt tibi
Iā pime matrē: pauida qd tremuit manus
Quid ora flectis hoc erit pietas ſcelus
Ignaue dubitas: herculem eripui tibi.
Hæc hæc pemit dextra; cui debes patri
Auum tonantem: maius eripui decus:
Quā in luce tribui: ſi tibi ignotū eſt nefas
A matre diſce ſi tibi iugulo placet:
Merſiſſe ferrum: ſiue maternum libet
Inuadere uterum mater intrepidum tibi
Præbebit animum: non erit totum ſcelus
A te peractum: dextra proſternat tua
Sed mente noſtra: natus alcide times
Ita nulla peragas iuſſa: nec peragens mala
Erres per orbem: ſi qua naſcetur fera
Referas parētem: dexterā intrrepidā para
Patet ecce plenum pectus erumnis feri.
Scelus remitto: dexteræ parcant tuæ.
Eumenides ipſæ: uerberum crepuit ſonus
Quæ nā: iſta torquēs āgue uipere9 comā;
Temporibus atras ſqualidis pēnas quatit.
Quid me flagrāte dii a perſequeris face
Megera pœnas poſcit alcides dabo.
Iam ne inferorum diua ſedere arbitri;
Sed ecce diras carceris uideo fores.

¶ Inuictæ: uertit ſermonem ad herculem abſentem oſten BER.
dens innocentiam ſuam: licet peregit dirum facinus: om-
nemq; culpam in neſſum reiicit. Semiferi: neſſi centauri
Pellici: iole eripui te mihi. Titan: deliberat mori, uelis i
grata. Exigam: dabo. Tibi: ad commodum tuu;. Red
dam: quādo morimur reddimus uitam qaam accipimus.
Extendo: diſero: interrogatiue. In tuas: manus: ut uenias
& moriar per manus tuas. Virtus: interrogatiue: ut poſſis
me occidere. Sarmatica: ſarmate populi ad pontu; euxi
num. Valet: poteſt. Audit arcus dicitur non audire quā
do non trahitur. Hercules ſi potes mittere telum ipſa expe
cto nec timeo mortē. Dare: mittere ut dare litteras. Igno
tum orbem: ubi ſunt antipodes. ut fregiſti lycam ſine cul-
pa. Sparge. lacera. Nefas archadiæ: ut perdidiſti aprum
& aues ſtymphalidas.
¶ Auferre: dum uellem ab amore pellicis te auertere cre- DAN.
dens ueneno id fieri poſſe: miſera te e uita ſuſtuli. Seu di-
ra: ſoror ualet: quæ occidat me quemadmodum medæa
dira ſoror contra abſyrtum fratrem perſpecta eſt: ſed meli
us in ſecunda perſona legendum uidetur ut ſit ad herculē
ipſum apoſtrophe per interrrogationem.
Reſtitit: perde me ſicut monſtra quæ reſtituerunt tibi: a
quibus uector reuerſus es. Parce: hylus filius rogat ma-
trem ne ſe perdat. Si uera: reſpondet deyanira ſi eſſet ue-
rus & pius filius q occideret eam. Hæc: manu demōſtrat
ut eum magis incitet. In luce: tribui: generando te ſi pro-
tuli magnum dec9 tibi: eripui maius occidendo patrem.
Diſce: cognoſce ſcelus meum eſſe magnum: quia omni
no uolo mori: unde exhortatur eum ut eam perimat. Mē
te noſtra: quia uolentem occcidens: nam ut inquit iuriſcō
ſultus uolenti non fit iniuria. Times: quaſi dicat tu qui fi
lius es herculis non deberes timere. Ita: adiurat ut debeat
parare dextram ad matrem occidendum. Iuſſa: non ſicut
hercules qui iuſſus ab euriſtheo per orbem perdebat mō-
ſtra. Mala peragens: perdens monſtra: & iuſſus & ſponte
omnia facies. Referas: repreſentes fortitudinem patris.
Para: ad percutiendum. Erumnis: unde me liberabis tot
miſeriis. Feri: percute. Remitto dono. Eumenides: fu-
rie audio uerbera furiarum. Quæ nam: uidetur uidere fu
riam. & interrogat quæ nam ſit: & cognoſcit eſſe megera;
Vipereo: nam loco capillorum habent ſerpentes. Tem
poribus: ſcilicet capitis. Poſcit: alcides uenis ad uindictā
herculis libenter dabo pœnas. Iam ne: quando uenit fu-
ria: putat quodammodo ſe citatam ad inferos: unde dicit
o diua: ſcilicet megera ſedent me iudices pro tribunali ad
inferos quæ uenis tanquam nuncia ad me. Sed ecce: ui
detur ire ad inferos & uidere Syſiphum & ixionem.

BER. ¶Detrictus:habens humeros detrictos:syſiphum intelligit. Rote:intelligit ixione;. Suſtine:ſuppríme.noli me crutiare nam fatebor ſcelus meu; quod feci propter amorem credendo reuocare herculem eo modo ad amorem meum. Sed quid:uidetur uidere homines totius mundi qui ueniant ad perdendum eam quod occiderit defenſorem ſuum. Labat:tremit.tanquam furiata loquitur mō ſit ad inferos modo ad ſuperos. Cœtus:turba. Vindicē herculem liberatorem. Agam: quo immittam fugā meam:non inuenio locum tuum niſi mortem. Rotam flāmeam.currum igneum ſolis. Terris: adhuc uenientem & hæc dicēs aufugit:& hylus ſolus remanet dubitans qd agat:an permittat matrem perire quod ſi fecerit uidet facere contra pietatem patris:ſi uero permiſerit mori illa; eo modo impius erit.unde dubius multum demum delibe rat illam inhibere.

DAN. ¶Parce iam:oritur dialogus inter matrem & filium hic ne ſe perimat mater.illa ut ſe perimat filius:hortatur pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. A matre diſce mater,ero tibi exemplo ad fortitudinem animi præſtandam in ſcelere. Dabo:me puniendam. Sedere: pro tribunali prolaturi de me ſententiam exigendæ pœnæ. Sed ecce. homicidis & adulteris in morte ipſa ſemper obuerſantur dæmones qui egredientem animam rapiant & ferant ad tartarum. Rotam.ſinecdoche a parte totum denominatur. Iam parcite.mihi ualete.ego in infernum feror ad domum diris. Hinc & illinc.ex utraq; parte.

VErum eſt uerſus eſt glyconicus coriambicꝰ Chorus adiuuerat herculem moriente; unde intelligens nihil eternum in hoc mundo eſſe imbecillitatē uitæ noſtre arguit.hæc ſententia fuit Orphei.qui propter uxorem euridicem deſcendit ad inferos.hæc ab ariſteo filio apollinis a mata quem cum ſemel ipſa fugeret a ſerpente in calcaneo læſa occubuit:pro qua recuperanda uſq; ad inferos deſcēdit Orpheus:ut late & pulcherrime deſcribit Virgi.geor. iiii.hic modulatu citharæ & dulcedine non ſolum homines ſed lapides &ſiluas in numerum ſemotare cogebat.dicente Ouid.in.iii.de arte.Saxa feraſq; lyra mouit rhodopeius orpheus.Tartareoſq; lacus trigeminumq; canem.

Sacer:quia uates uel filius caliopes & Apollinis: uel Oagri fluuii. Chelim:cytharam thraitiam:nam ipe trax gē te fuit. Aeternum:hoc eſt cantabat. Fugas: curſum ſuū

Liquor:aqua. Mora:tardatio ad audiendum. Biſtones ultimi thraces teſte Solino.Biſtones ſunt in ultima parte thraciæ. Ebrum geten:fluuium qui ad eos non currebat propter ſomnū orphei.Defeciſſe:ſiccatū fuiſſe.Nemꝰ:uenit & aduexit ſecum aues ad audiendum cantum orphei.

Si qua:aliqua auis uaga.i.diſcurrens per aerem. Athos mons inter macedoniam & thraciam. Abrupit: ſcidit ut ſequeretur orpheum. Ferens centauros: quia ibi ſedes fuit centaurorum. Obiter:aduerbium :ſine intermiſſione ſumptum ab eo qui eundo non intermittit aliquid qn faciant q; dent. Rodope:mons thraciæ. Laxata: liquefacta aliter legitur rhodopem &melius athos firmauit rhodopē nam ſiluas habitare dicebatur: dryos quercus dicitur.

Mmarmaricus:ideſt libicus .marmaridæ populi ſunt lybyæ. Dāmæ capreæ:ſilueſtres natura timidiſſime.

Quis iſte ſaxum immane detritus gerit:
Iam ſenior humeris:ecce iam uictꝰ lapis
Quærit relabi:mēbra quis præbet rotæ
Hic ecce pallens dira teſiphone ſtetit.
Cauſam popoſcit:parcæ uerberibus p̄cor
Mægera parce:ſuſtine ſtygias faces.
Scelus ē amoris:ſed quid hoc:tellus labat
Et aula tectis crepuit:exceſſit minax
Vnde iſte cætus:totus in uultus meos
Decurrit orbis:hinc populi premunt:
Totuſq; poſcit uindicem mundus ſuum:
Iam parcite urbes.quo fugā præceps agā
Mors ſola portus:dabitur erumnis locus.
Teſtor nitentis flammeam phœbi rotam
Superoſq; teſtor:herculem terris adhuc
moritura liquo.hy.Fugit attōita hei mihi
Peracta iam pars matris eſt:ſtatuit mori.
Nunc noſtra ſupeſt mortis auferre īpetū.
O miſera pietas ſi mori pateris tamen
Patri es ſceleſtus:ſi mori matrem uetas
In matre peccas:ſurgit hinc illinc nefas.
Inhibenda tamē eſt:pergā & eripiā ſcelus

Chorus.

VErum eſt quod cecinit ſacer
Tangens thraiciam chelim.
Orpheus calliope genus
Aeternū fieri nihil. Illius ſtetit ad modos
Torrētis rapidi fragor. Oblituſq; ſeq fugas
Amiſit liquor impetum
Et dum fluminibus mora eſt:
Defeciſſe putant geten
Hebrum biſtones ultimi:
Aduexit uolucrem nemus:
Et ſylua reſidens uenit.
Aut ſi qua aera peruolat
Auditus uaga cantibus
Ales deficiens cadit
Abrupit ſcopulos athos
Centauros obiter ferens:
Et uicta rhodope ſtetit:
Laxata niue cautibus.
Et quercum fugiens ſuam:
Ad uatem properat drias.
Ad cantus ueniunt ſuos.
Ipſæ cum latebris feræ.
Iuxtaq; pauidum pecus
Sedit marmaricus leo:
Nec damme trepidant lupos

Latebras

Et serpens latebras fugit
Tunc oblita ueneni.
Quin per teneras fores:
Manes commonitos adit.
Merentem feriens chelym:
Cantu tartara flebili:
Et tristes herebi deos.
Mouit: nec timuit stygis
Iuratos superis lacus.
Hæsit non stabilis rota
Victo languida turbine.
Increuit tytii iecur.
Dum cantus uolucres tenet
Audito quoq; nauita.
Inferni ratis equoris.
Nullo remigio uenit.
Tunc primū phrygius senex.
Vndis stantibus immemor.
Excussit rapidam sitim.
Nec pomis adhibet manus.
Sed cum linqueret inferos
Orpheus carmina fundens:
Et uinci lapis improbus
Et uatem potuit sequi.
Consumptos iterum deæ
Supplent eurydices colos
Sed dum respicit immemor
Nec credens sibi rēditam
Orpheus euridicem sequi.
Cantus præmia perdidit.
Quæ nata est iterum perit.
Tunc solamina cantibus
Querens flebilius modis.
Hæc orpheus cecinit gethicis
Leges in superos datas:
Et qui tempore digerens
Quattuor: præcipitis deus
Anni dispositi uices.
Nulli non auidas polo
Parcas stamina nectere
Quod natum est poterit mori
Vati credere traitio
Deuictus iubet hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cum ueniet dies.
Australis polus corruet:
Quicquid per lybiam iacet
Et sparsus garamas tenet.

¶ Latebras: cauernas exit serpens ad audiendum: nec ulli nocens. Tenareas: nam promontorium in laconia esse dicunt tenarum ubi est descensus ad inferos. Adit: iuit orpheus. Iurator: nam per styga iurant dei. Hesit: firmauit serota ixionis nec uultures corrodebant iecur titii: dum audirent cantus Orphei. Nauita: equoris inferni: caron uenit ad ipsum sine remis. Phrigius senex: tantalus qui regnauit in phrygia. BER.

¶ Supereſt noſtra: ad me pertinet none dictum & contra tritam conſuetudinem latinitatis. DAN.

VErum est: occasione disciſſi fœderis maritalis inter herculem & deyaniram lamentat chorus nihil esse in humanis perpetuum ex auctoritate orphei: ad quod possumus illud Apollonii etiam adiunget ad robur sententiæ & auctoritatis orphei nihil esse perpetuo dulce: sed plene amara dulcioribus confundi & admisceri. αλλα γαρ ου τοτε φυλα ξυνηστατεωναυδρωπωνταπολησεωσβηναι ενολοπολι. συγξητισαι ει πικρηπαρεμβηκενεν ουδυνησιναγιη. Orpheus cum reparatam sociam iterum amisisset detestatus fœminas sequebatur mares ob quod merito fulminatus; a ioue tradidit Diogenes Laertius cuius poetæ clementissimi hymnos & argonautica lectitauim? quāq; aristoteles tradat nūq; fuisse orphei. BER.

¶ Excussit: deposuit audiendo cantus. Lapis: scilicet syſiphi potuit sequi uatem orpheum & relinquere syſiphum Deæ. ſ. parcæ supplent colos: ideſt restituunt stamina euridices quæ iterum restituitur ad superos marito. Respicit retro aspicit. Immemor: scilicet legis datæ sibi quare uidimus apud Ouidium. Sibi redditam. ideſt restitutam ad uitam. Sequi: quod sequeretur. Præmia: uxorem datā propter cantum. Perit: reuersa est ad inferos. Digerens ordinans. Nulli non: ideſt omni: quando negatio é post posita. Nectere: finire uitam ideſt omnia esse mortalia.

Deuictus: testis est sententiæ orphei quicquid habet orbis hēt finē. Obrutis: cōfusis. Dies. ſ. extrema ueniet mūdo q̄ ſnia Platonis est. Australis: arctous septentrionalis.

BER ¶ Aulsum:raptum:& sic omnia confundētur. Siccns: quia inducit serenitatem. Mors aliqua: quasi dicat mors conueniens illis:quia nō sunt ut homines. Mors:& mors dea mortis dabit sibiipsi finem. In se:contra se. Quis locus:si uerꝝ ē ꝙ cadet mundus ubi erit:an in aere: uel ibit ad inferos. Discedet:aperietur terra. Stat: sufficiet illud spacium aeris.

DAN. ¶ Hæc orpheus:sensus est quæ concesserunt sibi inferi cō tra legem superorum cecinit gethis orpheus sed deus qui annus in quattuor partes diuisit auido parcarum stamini inuoluenda omnia permisit &quod semel natum est olim mori oportere:ergo & mundus aliquando cadet & deperdetur iuxta lucretium. Vna dabit exitio multosq; per annos sustentata ruet molles & machina mundi. Cœli:regina cōcidet:mundum æternum:immensum ingenitum nunq̄ interiturum Plinius & Diodorus affirmant. huius extra indagare nec interest hominum nec capit humanæ coniectura mentis. Epicurus contendit ex athomis genitum nunq̄ habituꝝ esse finem sed perpetua:ac promiscua rerum generatione sibi succesturum: & stultos fuisse illos affirmat qui mensurā eius aio agitare & ꝓdere ausi sunt.

BER. ¶ Nefas tantam ruinam. Vnus.s.locus erit q capiet tria regna.s.pontum:cœlum & tartara. Sed quis:dat locum sequenti scene:ueniebat hercules grauatus non modicus ideſt magnus.

CONuerte:Hic est quart⁹ actus ubi Hercules dolet de hoc tā diro genere mortis uertitq; sermonē suū ad solē & louē patrē suū qui mundū deberet ꝓdere eo moriēte. Cōuerte:ut fiat eclypsis. Anhelātes:spirātes ꝓpter laborē. Chaos: debebas cōfundeꝛ totū mundū iuppiter. Parcis astris:quid uis habere astra:tu pdis filiū tuū q debebat eē carior astris. Nūc pte:nunc ē tibi custodiēdū cœlū ne mortuo hercule cōtra te surgāt gigātes. Otris mōs thessaliæ. Pōdus leue:ut iaciat illū mōtem cōtra te sicut lapidē. Laxauit:aperuit. sci licet moriēte hercule ut emittat saturnū patrē cōtra te. Patri:saturno. Pro fulmie:loco fulminis: nā ubi erā nō op⁹ erat ut fulminarē monstra. Reuertor: morior ut uadā ad styga ubi alias fui. Encheladus:gigas qui dicitur sepult⁹ sub æthna audita morte herculis surget &montē quo premitur iaciet in cœlū. Dubiū:q animi surgēt hostes: id eo prius facias mūdū cadere q̄ ueniat tāta pturbatio:& uideberis id facere in dolorē filii herculis. Spoliū:q; eripiet tibi ab hostibus. Non uana:uersus anapesticus:ibi chorus confirmat dicta herculis. Inseret:tāget astra cū silua sua. Feret:protrahit cōtra iouē scopulos & mōtes. Tyrrhenā inarinē:dicit a nostris poetis marine insula q̄ ē sita i tusco mari sinuq; cāpāo i quo mōs erat istar æthne icēdia eructās:Quāobrē dixerūt typhœū gigātē iouis impio sub illo cōprimi Virgi.lib.æneidos nono:cū sonitu proclyta alta tremit:durūq; cubile iarine iouis impiis iposta typhœo Et Lucanus similiter lib.quinto. Encheladus:gigas filius terræ & titani feret æthnā ardētē cōtra iouē. Iā te:o hercules si morieris ista surgent. Ego:rursus Hercules dolet de genere mortis:ego qui uici monstra & inferos:nūc pereo manu unius fœmine. Stadia: campos. Cum spolio.s. cerbero. Excidit:quando uidit sol tam horribilem cerberum. Tria regna:mare infernus:& cœlum. Nec ullus:ñ morior gladio nec saxo. Latus:una rupes: si quis debuisset me occidere opus fuisset iacere montē otrim: uel rupē contra me. Non gigas.s.iecit in me pindum:sed morior sine hoste quod mihi dolendum est. Conuerte

Arcous polus obruet.
Quicquid subiacet axibus:
Et siccus boreas ferit:
Aulsum trepidus polo.
Titan excutiet diem:
Cœli regia concidet
Certos atq; obitus trahet:
Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua & chaos
Et mors fata nouissima:
In se constituet sibi.
Quis mundum capiet locus:
Discedet uia tartari
Stratis ut pateat polis.
An quod diuidit æthera
A terris spatium sat est:
Et mundi nimium malis
Quis tantum capiet nefas:
Fati:quis superis locus:
Pontum:sydera:tartara:
Regna unus capiet tria
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet:
Est est herculeus sonus.
Actus.iiii. Hercules Chorus. Her. loqt.
Conuerte titā clare anhelātes equos.
Emitte noctē:pereat hic mūdo dies
Quo moriar:atra nube inhorrescat polus
Obstat nouerce:nunc pater tecum chaos
Reddi decebat:hinc & hinc compagibus
Ruptis uterq; debuit frangi polus:
Quid parcis astris:herculē amittis pater.
Nunc parte in omni iuppiter specta poli
Ne quis gigas thessalica iaculetur iuga.
Et fiat otris pondus encheladi leue
Laxauit atri carceris iam fores
Pluto superbus:uincula excutiet patri
Cœlumq; reddet:ille qui pro fulmine
Tuisq; facibus in terra natus eram.
Ad styga reuertor:surget enchelad⁹ ferox
Mittetq; quo nunc premitur i supos onus
Regnū omnegenitor etheris dubium tibi
Mors nostra faciet:anteq̄ spolium tui
Cœlum omne fiat.conde me tota pater
Munhi ruina:frange quem perdis polum
Cho. Non uana times nate tonantis:
Iam thessalia pelion ossa
Præmet & pindo congestus athos

Nemus æthereis inferet astris
Vincet scopulos inde typheus
Et tarrhenam feret inarimem
Feret æthneos inde caminos:
Scindetq; latus montis aperti
Nondum encheladus fulmine uictus
Iam te cœli signa sequentur.
Her. ego qui relicta morte. cõtẽpta styge
Per media lethes stadia cum spolio redii.
Cum pene trepidis excidit titan equis
Ego quem deorum regna senserunt tria
Maior nec: ullus per meum stridit latus
Transmissus ensis: aut meæ telũ necis
Saxam. est nec instar mõtis abrupti latus
Aut totus othris. non truci uultu gigas
Pindo cadauer obruit totò meum
Sine hoste uicor. quodq; me toq̃t magis.
O misera uirtus summus alcide dies
Nullum malum prosternit: ipendo male
In nulla uitam facta: proh mundi arbiter
Superiq; quondam dextræ testes meæ:
Proh cuncta tellus herculis nostri placet
Mortem perire: dirus o nobis pudor.
O turpe factum: fæmina herculeæ necis
Sidus: & ponto uetito fruetur.
Quam tuas laudes populi quiescant:
Te pater rerum miseri precamur
Nulla nascatur fera:nulla pestis
Non duces sæuos miseranda tellus
Habeat nec ulla dominetur aula.
Qui potest solum decus esse regni
Semper impensum tenuisse ferrum.
Si quid in terris iterum timetur
Vindicem terræ petimus relictæ
Ecquid hoc:mundus sonat ecce.
Mæret alcidem pater. an deorum
Clamor:an uox est timide nouercæ
Hercule an uiso, fugit astra iuno:
Lassus an pondus titubauit athlas:
An magis diri tremuere manes:
Herculem & uisum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus cathenis:
Fallimur. læto uenit ecce uultu
Quem tulit peas: humilisq; tela
Gestat: & notas populis faretras
Herculis heres.

Nutrix Philotetes. Nu. loquitur.



Ffare casꝰ iuuẽis herculeos põcor:
Vultuq; quonã tulerit alcides ne-
Phi. Quo nemo uitam. (cẽ:
Nu. Lætus adeo ne ultimos
Inuasit ignes
Phi. Esse iam flammas nihil
Ostendit ille:qui sub occasu hercules
Virtute uinci indomita docuit omnia.
Nu. Inter uapores quis fuit forti locus:
Phi. qd unũ in orbe uenerat nõdũ malũ:
Et flãma uicta ẽ: hoc quoq; accessit feris:
Inter labores ignis herculeos abit.
Nu. Edisserе agedũ flãma qꝰ uicta ẽ mõ.
Phi. Vt oĩs cæten mœsta corripuit manus
Hinc fagus umbras perdit: & toto iacet
Succisa trunco: flexit hinc pinum ferox
Astris minãtem: & nube de media uocat.
Ruitura cautes mouit & syluam trahit
Secum minorem chaonis quõdã loquax
Stat uasta late quercus: & phœbũ uetat.
Vtraq; totos porrigit ramos nemus.
Gemit illa multo uulnere ipræsso minax:
Frãgitq; cuneos resilit excussus calybs:
Vulnusq; ferrũ patit & truncum fugit.

Cõmota tandẽ ẽ: tunc cadens lenta mora
Duxit ruinam: protinus radíos locus
Admísit: omnes ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrãt nemore ſucciſo dom⁹
Quæruntq; laſſis garrulæ pennis nemus
Iamq; omnis arbor ſonuit: & ſacræ quoq;
Senſere quærcus horrídam ferro manũ.
Nulliq; priſcum profuit ligno nemus.
Aggerit᷑ omnis ſylua: & alternæ trabes:
In aſtra tollunt herculi anguſtum rogum
Rapitq; alta flãmas pinus & robur tenax
Et breuior ilex: ſylua contexit pyram.
Populea ſylua frondẽs herculeæ nemus.
At ille ut ingens nemore ſub naſamonio
Eger recliui pectore admugít leo
Ferẽ: quis illum credat ad flammas rapi
Vultus petentis aſtra non ígnes erant.
Vt præſſit cœtan, ac ſuis oculis rogum.
Luſtrauit: omnes fregit impoſitus trabes
Arcumq; poſcit: accipe hæc inquit ſate
Peante dona: & munus alcide cape.
Has hydra ſenſit: his iacẽt ſtimphalides:
Et quícquid aliud eminus uicĩ malum
Victure fœlix: has enim unquam irritas
Mittes in hoſtes ſiue de media uoles
Auferre uolucres nube: deſcendent aues
Et certa prædam tela de cœlo ferent
Nec fallet unquam: dexterã hic arcus tuã
Librarè telum dídícit: & certam dare
Fugam ſagittís: ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela: tu tamen præcor
Accõmoda ígnes & facẽ extremam míhí
Hic nodus inclit⁹ nulla quẽ capiet man⁹
Mecũ per ígnes flagret: hoc telũ ſequar:
Nã cur iactatur: hunc quoq; acciperes aít
Si ferre poſſes: adiuuet domíní rogum.
Tum rigída ſecum ſpolía nemei mali
Arſura poſcit: latuit in ſpolío rogus
Ingemuit oís turba nec lachrymas dolor
Cuíq; remiſit: mater in luctum furens.
Diduxit auidum pectus atq; utero tenus
Exerta uaſtos ubera in planctus ferit.
Superoſq; & ipſum uocíb⁹ pulſans ioue.
Impleuit omnem uoce fœmínea locum
Deforme lœtum mater herculeum facis.
Compeſce lachrymas inqt ítrorſus dolor
Fœmíneus abeat: iuno cur lætum diem
Te flente ducat: pellícis gaudet ſuæ

¶ Perrerant: fugiunt ad alios ramos. Laſſis: fatigatis: anteq; inuenirent ſedem: nã omnes arbores ſucciderant. Sonuit: dum incideretur. Sacre: conſecrate ioui. Profuit: quia ſuccidebantur. Aggeritur: in unum geritur ad faciendũ piram. Anguſtum: reſpectu magnitudinis herculis: aliter lege auguſtum quaſi conſecratum. In aſtra: in altum. Tenax: forte. Herculeæ: gratiſſime herculi: nam illa corona tus iuit ad inferos. At ille: hercules quando uidit accenſum rogum ueniebat cum tanto impetu ſicut leo in nemoſe naſamonio: naſamon enim populus iuxta mare libicus. BER.

Recliui: flexo ad terram. Non ignes: erat ita lætus ut uideretur peterẽ cœlum non ignes. Vt præſſit: poſtq; uenit in rogum: petiuit ſagittas & arcum: & donauit philotete.

Eminus: a longe. Irritas: fruſtra. Media nube: etiã ſi eẽnt in altum. Certa: dicuntur tela certa quæ uulnerant p intentione mittentis. Fugam: curſum per rectum tenore.

Neruo: corda arcus. Accommoda: ſuccende hanc pirã.

Hic modus: claua nodoſa ita ponderoſa eſt quod nemo poſſet eam tractare. Capiet: quam nulla manus poſſet capere. Flagret: cremetur mecum. Sequar: comburar cum ipſa claua: nam conſequetur melius quam iactatur. Hũc .ſ. nodum haberes: ſi poſſes illum ferre. Adiuuet: ſicut alia ligna ad me comburendum. Nemei mali: petiit pellẽ leonis. Latuit: erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogum.

Remiſit: dolor non pepercit lachrymis: omnes flebant.

Diduxit: ſcidit. Tenus: uſq; ad uentrem. Exerta: nuda ta. Pulſans: accuſans. Deforme: hercules audiens matrẽ clamantem dixit noli fiere mater ne mortem meam turpẽ facias. Iecur: ubi eſt ſedes amoris & indignatiõis. Firmũ præme dolorem intus.

¶ Domus: nidi. domum nidum dicit: quod ex nidis uolucrum primum fuit domus excogitata & cœpta fabricari eurialus & hyperbius fratres athenis: domos conſtituerũt. antea ſpecus erat pro domibus: quidam hoc uiuentum ueſtæ aſcribunt. Naſamon: in libia populus prædator. Silius libro tertio. Accipe hæc inquit: quemadmodum ſuperius perſtrinxi: ſagittas & arcum philotetí hercules tradidit nec poterat quiſpiam extra philoctetem hæc tela torquere ſagittas cogente Vlyxe inuentas in expeditiõe troiani belli cum tractaret unius ſagittæ caſu ille pes uulnerans è quo herculis tumulum indicauerat: Vulneris fœtore apud lẽnum relictus eſt. Propertius canit fuiſſe ſanatũ a machaõe. Tarda philoctete ſanauit crura Machaõ. & reuerſus Troia condidit petiliã in Calabria. De media nube: aere. Certam: nunquam fallentem. Hic nodus: claua herculis fuit ex ligno oliuæ trinodis admodum i caput creſcẽs: de qua meminit apolloni⁹ i quarto. ζιβαρον Δεχεν οἶον ελαίηθ τοξατέ. τοἰσι πελωρὸν Δαωεφοίδεν ιοβολήσ. ας &c. Fœminea: acri & uehementi uoce. Iuno cur lætum diem: quæ ſolis conſtantia & patientia noſtra inuidia carpit᷑: macreſcit nãq; inuidia aliena ſemper fœlicitate. DAN.

Rogat ecce me iam gẽitor & pãdit polos.
Venio pater: uultuſq; non idem fuit
Tremẽte pinũ dextera ardentem impuli
Refugit ignis: & reluctantur faces
Et membra uitãt: ſed recedentẽ hercules
Inſequit' ignẽ caucaſũ aut pidũ. aut athũ
Ardere credas: nullus erupit ſonus.
Tantũ ingemiſcit ignis ad durum iecur.
Tiphon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe: quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris oſſã enceladus ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semiuſtus. ac laniat⁹: intrepid⁹. rubens.
Nunc o parens herculea: ſi ſtare ad rogũ
Te mater inquit ſic decet fleri herculem.
Inter uapores poſitus & flammæ minas
Immotus: inconcuſſus: in neutrum latus
Correpta flectens mẽbra: hortat'; monet
Gerit aliquid ardẽs: oĩbus fortem addidit
Animum miniſtris: urere ardentẽ putes
Stupet omne uulg⁹ uix habẽt flãme fidẽ
Tam placita frons ẽ tanta maieſtas uiro
Nec properat uri. cumq; iã foret datum
Leto ſat penſauit: igniferas trabes
Hinc ide traxit: nimia q̃s flãma occupat
Totaſq; in ignem uertit & qua plurimus
Exundat ignis: recipit: intrepidus. ferox:
Nunc ora flammis implet: at illi graues
Luxere barbæ: cumq; iam uultu minax
Appeteret ignis: lamberent flãmæ caput.
Nõ p̃ſſit oculos: ſed qd hoc: mœſtã ituor
Sinu gerentem reliquias magni herculis
Crinẽq; iactãs ſqualidũ alcmenes gemit:
Alcmena philotetes. Alcme. loquitur.

TImete ſnpi fata: tam paruus cinis
Hercule⁹ ẽ huc ille dcreuit gigas
O q̃ta titan in nihil moles abit.
Anilis heu me. cœpit alcidem ſinus.
Hic tumul⁹ illi eſt. ecce uix totã herculeſ
Cõpleuit urnã: quã leue eſt põdus mihi
Cui totus æther pondus incubuit læue:
Ad tartara olim regnaq; o nate ultima
Rediturus ibas: quando ab inferna ſtyge
Remeabis iterum. non ut ſpoliũ trahas
Rurſumq; theſeus debeat lucem tibi.
Sed quando ſolus ignis impoſitus tuas
Cõpeſcet umbras. teq; tartareus canis:
Inhibere poterit. quando tenareas fores

¶Venio: uerba herculis. Impuli: tunc ſuppoſui facem ardentem tremẽte manu. Refugit: uidebatur fugere. Reluctantur nolebant appropinquare. Recedentem: ipſe ſequebar ignẽ. Caucaſum: quia ille rogus erat tanta ſtruës ut arderet crederes caucaſum ſeu athon. Sonus: nulla lamentatio. Ingemiſcit: q̃ combureret herculem. Tiphon: ſiue typheus gigas: credo q̃ ſi ibi fuiſſet: ingemuiſſet. Encheladus: gigas qui portauit Oſſam: montem teſſaliæ. At ille. ſ. hercules. Parens: herculea mater herculis. BER

¶Correpta. ſ. ab igne. non mouebat ſe. Gerit aliquid. nã ligna aptabat forte deficiente igne. Monet: ne fleamus. Vrere: erat eo animo ut ſi ipſe ureret alium. Fidem uix: credebant illum ignem eſſe uerum q̃ hercules tam forti ter ferret eas flammas. Placita: non perturbata. Properat ut pœna eſſet breuior. Cumq; læto forti: quando putauit ſatis quod feciſſet multa fortiter i morte poſtea uoluit mori. Exundat: ubi uidebat maiorem ignem illucibat. Luxere. ſ. igni. Barbe: Seruius dicit in plurali barbas de animalibus in ſingulari de homine. Minax: cum inſtaret ignis prope uultum nunquam clauſit oculos. Lamberent: circundarent. Sed quid hoc: dat locum ſequenti ſcenæ: Nam uidet alcmenam: quæ portabat cineres Herculis cremati.



Imete: Veniens alcmena cũ reliquiis Herculis uitæ noſtræ conditionem non diu durare oſtendit: & lamentatur de ſe ipſa ubi habitura ſit locum: amiſſo hercule. Superi: timete etiam uos mortem quãdo uidetis Herculem mori. Gigas: hercules ita magnus ut uideretur gigas. Decreuit: a decreſco. dimiuutus eſt tantum ut capiatur in parua urna. Titan: e⁹ clamat ad ſolem. Moles magnitudo corporis. Anilis ſinus: gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. Hic: hæc parua urna. Leue: quia parum ponderat. ſterum: quaſi dicat nunquam. Debeat lucem: quod reduxeris eum ad ſuperos non quero qd redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cũcer. & the. ut prius rediiſti: ſed ſolus. Ignis: ardens flegeton retinebit animam tuam. Tenareas: ubi eſt ingreſſus ad inferos.

¶Non idem fuit: quando reſpondit patri. Iecur qua parte & lachrymari cogimur & amare. Encheladus: Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ. caret dictio ſpiritu. Matet herculea: alcmenæ. Gerit aliquid: uitam ſemper degit negocioſam adeo ut moriens aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens. DAN.



Imete: neniæ i funere herculis per alcmenam matrem & inuitatos ab ea ad funeſtum mun⁹. Decreuit: exinanitus eſt. Gigas: hercules in mani corpore. Anilis ſinus: ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui tutus: cum loco athlantis cœlum ſuſtinuit. Quando: nunquam. Tænareas fores: fauces quæ ducunt ad tartarum.

&

BER. ¶Dirum:cuꝫ magna uoce furens depoſuit caput ut moreretur tali impetu ut fuit quando duxit cerberum. Dite contẽpto:plutone neglecto. Fato:morte tremẽte. Quis: ipſe tanta lætitia iuit ad mortem:quanta nullus unquã triumphauit. Illo:tam læto uultu. Heſere:firmate ſunt q uidendo illum ita lætum. Sexus.ſ.fœmineus natura facilis ad lachrymas. Siccis:ſine lachrymis. Pœne ſimilis: ita fortis. Securus:ipſe per ſe fortis nullum rogauit. Deſpiceret:deorſum aſpiceret. Vnus dies:ſum ille filius qui genitus ſum geminata nocte. Cõmiſſa:coniũcta. Quæ fiuit:acquiſiuit. Vtrunq; littus:orientis & occidẽtis:ſi totus mundus cantat laudes meas q̃ peperi pacem omnib⁹ populis.tu debes recipere me in cœlum. Ardẽs ora:regio orientalis. Gemunt:mortem meam. Inquinat: maculat cruore humano.nam omnes ſceleratos de mundo ſuſtuli Deſunt:per me remota ſunt. Admitti:recipi. Nigri iouis Plutonis ne ad inferos deſcendam. Ad illos.ſ.infernales.

Vmbra:anima ſeparata a corpore. Nube:quare ſol obduxerat radios nubibus ad teſtandum dolorem de morte herculis. Neges fidera:ſi tu non uis mihi dare cœlum facias ſalte; ut dii ſpectent me ardentẽ. Voces:reuocat ſententiam:ſi dixi quicquam indignum parce dolori meo q me ita coegit loqui. Fatis:loco mortis. Approba:uirtutem meam.prius tamen iudicat dignam cœlo. Leue:patrum eſt quod feci reſpectu illius quod faciam hodie. Pri⁹ quaſi dicat damnas me priuſquam cognoſcas me filiũ tuum. Addidit:poſtea dixit ſaltem aperi cœlum ut iuno uideat quam fortiter feram flãmas. Popoſcit:his dictis petiit ignem ſupponi rogo. Comes:o philotetes. Oeteam: in monte œeta. Tremuit:ego timebam ſupponere ignẽ & ipſe dixit cur tremis tu putas hoc eẽ ſcelus impiũ. Redde:qa non mereris tela fortis uiri. Animo: ſuppone ignẽ eo animo quo me uides expectare. Arſurum:cape exemplum a me qui non timeo cuꝫ arſurus ſim. Rogat:tu tardas:& iuppiter iam me uocat in cœlum.

DAN. ¶Dirum:tremendum & horribiliter fremens. Quis ſic triumphans:ſuprema & maxima laus herculis qui mortẽ non expauerit ſed tanquam triumphans illã adierit. Quãta:hipallage. Hæſerunt:non emanarunt:ne ipſi quidem alcmenæ quam ſexus infirmitas & amor maternus debuerant commouere. Iſte eſt:filius ille unicus.

Spectare lachrymas cõtine firmũ ieꝗur
Mater nefas eſt ubera atq; uterum tibi
Laniare qui me genuit:& dirum fremẽs
Qualis per urbes duxit argolicas canem
Cum uictor erebi dite contempto redit.
Tremente fato:talis incubuit rogo.
Quis ſic triũphans lætus in curru ſtetit
Victor:quis illo gentibus uultu dedit.
Læges tyrannus; quanta pax obitus tuli
Heſere lachryme;cecidit expulſus dolor
Nobis quoq; ipſis:nemo morituro igẽit
Iam flere pudor eſt:ipſa q̃ ſextus iubet
Merere ſiccis heſit alcmene genis.
Stetitq; nato pœne iam ſimilis parẽs
Nu. Nullas ne ĩ aſtra miſitaut ſupos p̃ces
Arſurus;aut in uota reſpexit iouem
Phi. Iacuit ſui ſecurus & cœlum intuens.
Quæſiuit oculis arce an ex aliqua pater
Deſpiceret illum:tum manus tendẽs ait
Quacunq; parte proſpicis natum pater.
Iſte eſt pater quem nocte commiſſa dieſ
Quæſiuit unus:ſi meas laudes canit
Vtrumq; phœbi littus & ſcythiæ genus
Et omnis ardens ora:quam torret dies
Si pace tellus plena ſi mille gemunt
Vrbes& nec aras impias quiſq̃ inquinat
Si ſcelera deſũt.ſpiritũ admitti hũc p̃cor
In aſtra nec me mortis inferne locus
Nec mœſta nigri regna conterent iouis.
Sed ire ad illos umbra quos uici deos
Pater erubeſco:nube diſcuſſa diem
Pande;ut deoꝝ uultus ardentẽ herculẽ
Spectent;licet tu ſidera & mundũ neges
Vltro pater cogere;ſi uoces dolor
Abſtulerit ullas;pande tamẽ ſtigios lac⁹
Et redde fatis; approba natum prius
Vt dignus aſtris uidear hic faciet dies.
Leue ẽ quod actũ ẽ herculẽ gẽitor prius
Inuenit;an dãnauit hoc poſtq̃ addidit
Nouerca cernat quo fera flãmas modo.
Flãmas popoſcit.hoc age alcide comes
Non ſegnis inquit corripe œtheam facẽ
quid dextra trẽuit.uñ man⁹ pauida ipiũ
Scel⁹ refugit;redde iam pharetras mihi
Ignaue;iners inermis eſt;noſtras manus
Quæ tendat arcus quis ſedet pallor gẽis
Animo faces inuade quo alcidem uides
Vultu iacẽre.reſpice arſurum miſer

Rogat ecce

Rogat ecce me iam gẽitor & pãdit polos.
Venio pater: uultuſq; non idem fuit
Tremẽte pinũ dextera ardentem impuli
Refugit ignis: & reluctantur faces
Et membra uitãt: ſed recedentẽ hercules
Inſequit ignẽ caucaſũ aut pidũ. aut athũ
Ardere credas: nullus erupit ſonus.
Tantũ ingemiſcit ignis ad durum iecur.
Tiphon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe: quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris oſſã enceladus ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semiuſtus. ac laniat9 intrepid9. rubens.
Nunc o parens herculea: ſi ſtare ad rogũ
Te mater inquit ſic decet fleri herculem.
Inter uapores poſitus & flammæ minas
Immotus: inconcuſſus: in neutrum latus
Correpta flectens mẽbra: hortat; monet
Gerit aliquid ardẽs: oibus fortem addidit
Animum miniſtris: urere ardentẽ putes
Stupet omne uulg9 uix habẽt flãme fidẽ
Tam placita frons ẽ tanta maieſtas uiro
Nec properat uri. cumq; iã foret datum
Leto ſat penſauit: igniferas trabes
Hinc ide traxit: nimia q̃s flãma occupat
Totaſq; in ignem uertit & qua plurimus
Exundat ignis: recipit; intrepidus. ferox:
Nunc ora flammis implet: at illi graues
Luxere barbæ: cumq; iam uultu minax
Appeteret ignis: lamberent flãmæ caput.
Nõ pſſit oculos: ſed qd hoc: mœſtã ituor
Sinu gerentem reliquias magni herculis
Crinẽq; iactãs ſqualidũ alcmenes gemit:
Alcmena philotetes. Alcme. loquitur.

Imete ſnpi fata: tam paruus cinis
Hercule9 ẽ hucille dcreuit gigas
O q̃ta titan in nihil moles abit.
Anilis heu me. cœpit alcidem ſinus.
Hic tumul9 illi eſt. ecce uix totã herculeſ
Cõpleuit urnã: quã leue eſt põdus mihi
Cui totus æther pondus incubuit læue:
Ad tartara olim regnaq; o nate ultima
Rediturus ibas: quando ab inferna ſtyge
Remeabis iterum. non ut ſpoliũ trahas
Rurſumq; theſeus debeat lucem tibi.
Sed quando ſolus ignis impoſitus tuas
Cõpeſcet umbras. teq; tartareus canis:
Inhibere poterit. quando tenareas fores

¶ Venio: uerba herculis. Impuli: tunc ſuppoſui facem ardentem tremẽte manu. Refugit: uidebatur fugere. Reluctantur nolebant appropinquare. Recedentem: ipſe ſequebar ignẽ. Caucaſum: quia ille rogus erat tanta ſtruës ut arderes crederes caucaſum ſeu athon. Sonus: nulla lamentatio. Ingemiſcit: q̃ combureret herculem. Tiphon: ſiue typheus gigas: credo q̃ ſi ibi fuiſſet: ingemuiſſet. Encheladus: gigas qui portauit Oſſam: montem teſſaliæ. At ille. ſ. hercules. Parens: herculea mater herculis. ¶ Correpta. ſ. ab igne. non mouebat ſe. Gerit aliquid. nã ligna aptabat forte deficiente igne. Monet: ne fleamus. Vrere: erat eo animo ut ſi ipſe ureret alium. Fidem uix: credebant illum ignem eſſe uerum q̃ hercules tam fortiter ferret eas flammas. Placita: non perturbata. Properat ut pœna eſſet breuior. Cumq; lœto forti: quando putauit ſatis quod feciſſet multa fortiter i morte poſtea uoluit mori. Exundat: ubi uidebat maiorem ignem illucibat. Luxere. ſ. igni. Barbe: Seruius dicit in plurali barbas de animalibus in ſingulari de homine. Minax: cum inſtaret ignis prope uultum nunquam clauſit oculos. Lamberent: circundarent. Sed quid hoc: dat locum ſequenti ſcenæ: Nam uidet alcmenam: quæ portabat cineres Herculis cremati.



Imete: Veniens alcmena cũ reliquiis Herculis uitæ noſtræ conditionem non diu durare oſtendit: & lamentatur de ſe ipſa ubi habitura ſit locum: amiſſo hercule. Superi: timete etiam uos mortem quãdo uidetis Herculem mori. Gigas: hercules ita magnus ut uideretur gigas. Decreuit: a decreſco. dimiuutus eſt tantum ut capiatur in parua urna. Titan: e clamat ad ſolem. Moles magnitudo corporis. Anilis ſinus: gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. Hic: hæc parua urna. Leue: quia parum ponderat. ſterum: quaſi dicat nunquam. Debeat lucem: quod reduxeris eum ad ſuperos non quero qd redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cũcer. & the. ut prius rediiſti: ſed ſolus. Ignis: ardens flegeton retinebit animam tuam. Tenareas: ubi eſt ingreſſus ad inferos.

¶ Non idem fuit: quando reſpondit patri. lecur qua parte & lachrymari cogimur & amare. Encheladus: Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ. caret dictio ſpiritu. Matet herculea: alcmenæ. Gerit aliquid: uitam ſemper degit negocioſam adeo ut moriens aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens.



Imete: neniæ i funere herculis per alcmenam matrem & inuitatos ab ea ad funeſtum mun9. Decreuit: exinanitus eſt. Gigas: hercules in mani corpore. Anilis ſinus: ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui tutus: cum loco athlantis cœlum ſuſtinuit. Quando: nunquam. Tænareas fores: fauces quæ ducunt ad tartarum.

BER

DAN.

&

BER. ¶Pulsabis.s.redeundo.quasi dicat nunq̃. Aditur:petitur locus mortis:q̃ uia sequar te ad inferos. Vnum:quia ibi & non redibis ideo solum iter erit. Duras:iam debuisses deficere uidendo mortẽ filii. Tantus:tã magnus:ut herc.q.d.nunq̃ talem hẽbo. Thebani coniunx:Amphitrio:fœlixq; mortuus non uides tantũ dolorẽ de morte filiẽ. Timere:quia eras pater hercu. Vel:ẽt si non eras uerus pater eius. Anus:ipsa uetula quo ibo cũ sim odio omnibus tyrannis ꝓpter filiũ. Si quis:corrigit se:si que; filius meus reliquit in terras.quasi dicat:interfecit omnes.

Nati:ideſt filii illorum quos interfecit petent a me supplicium. Busiris:minor filius busiris. Persidæ:plage regionis in meridie: ubi populus perses. Hismarios:thracẽ ses equos si quis filius diomedis restat. Greges duri:equi pasti carne humana dilacerabunt me apponet me præsepibus illorum. Irata quia dicor pellex ei⁹. Vertetur:odium quod habebat in hercule; totum uertet in me. Secura:nihil curans de hercule quia uictus est. Vacat:non habet agendum aliqd:unde ipsa superſum ei⁹ pellex in quã exerceat iras.Ne parere:timebit ne pariam alterum hercule propterea me perdet. Nota:cognita propter uirtutem her. Patriam:argos. Euristheus:qui imperabat herculi.

Orbata:priuata filio. Hismenum:fluuium thebanum.

Thalamos:quia nupta fuit amphitrioni.Fulminantem nimis fœlix fuisse; si iuppit me fulminasset: quẽadmodũ semelem thebanã matrem bacchi & de utero meo fuisset exectus.i.incisus infans her. Certantem.equantẽ laudes her. Et hoc:ut eo amisso magis dolerem.nam magis dolemus: amissis rebus magnis quam paruis. Cleonas:ciuitatem ubi hercules leonem:interemit. Nobilem:famosam. Meritis:quia ibi interfecit aprum hic alio loco.ales fera stimphalis. Rex: cruentus busiris. Leo .s. nemeus seu cleoneus qui in astra collocatus est.

DAN. ¶Mater ego herculis. Aditur:passiue sicut Ouidius in annalibus. Vnde nemus nullis illud aditur equis. Dur⁹ sustines. Tenes.moraris. Quem parere:quando nullum amplius paritura sim herculi similimum melius moriar comes herculis q̃ superuiuam orba. O nimis fœlix: qui funus filii non deplorasti.contra infœlix pater qui superest functo filio quemadmodum nestor qui de nimio stamine de legibus fatorum multa conqueſtus est quod uiderit acris antilochi barbam ardentem. Veniente:eũ te sicut uicissim eo pro uenio frequenter usurpatur. Vel falsus:etiam si falsus omnino formidabilis fama percelebri tui gnati. Cæsos:ab hercule. Busiris:tale est:si quis mihi paruulus aula luderet æneas & quidem si honorato credimus patribus filii erant cognomines ubi alterius nomen fuisset prætermissum. Forsitan pœnas petet: exiget a me pœnas iniuriam filii si quas unq̃ nisi uincendo illi fecit iniurias aut qui a me natus sit.licet testante papinio. Nil culpa nepotibus obstet. Vertetur:in caput meum cudetur omnis faba. Euristheus:æmulus herculis cui propter nascituru; herculem cœlum interclusum est: indignatione iouis. Et ipsa:sicut semele. Cleonæ:sunt iuxta nemeam in archadia.unde cleoneus leo quem peremit hercules. Valerius flaccus in primo Cleoneo iam tempora clusus hiatu alcides. Hebri populos:thracas.hebrus fluuius ex pindo trahens ortu; ut placet Aristoteli in secundo methautorum. ¶Defensa

Pulsabis:ah quas mater ad fauces agar.
Q ua mors adit̃:uadis ad manes iter
Habitur⁹ unũ:quid diem questu tero:
quid misera duras uita.qd lucẽ hãc tenes
Q uẽ parere rursus herculem possũ ioui:
Q uis me parentẽ nat⁹ alcmenam suam
Tantus uocabit.o nimis fœlix.nimis
Thebane coniunx:tartari intrasti loca
Florente nato:teq; ueniente inferi
Timuere forsan:qd̃ pater tantũ herculis
Vel falsus aderas quas petam terras anus
Inuisa sæuis regibus si quis tamen
Rex est relictus sæuus: hei misere mihi.
Q uicũq; cesos ingemunt nati patres
A me petent supplicia:me cũcti obruent
Si quis minor busiris:aut si quis minor
Antæus:urbes perfidæ terrent plagæ.
Ego p̃da ducar.si quis hismarios greges
Thracis cruenti uindicat:carpent greges
Mea membra duri:forsitan pœnas petet
Irata iuno.totus uertetur dolor
Secure uicto tandem ab alcide uacat
Pellex superſum de qua supplicia exigat.
Ne parere possem fecit hic natus mihi
Vterũ timẽdum.quæ petã alcmene loca
Q uis me locus:quæ regio;mundi plaga
Defẽdet aut quas mater in latebras cogar
Vbiq; certe nota.si patriam petam
Laresq; miseros argos euristheus tenet
Orbata thebas regnũ & hysmenũ petam
Thalamosq; nros:in quibus quodã ioue
Dilecta uidi:proh nimis fœlix.nimis
Si fulminantem:& ipsa sensissem iouem
Vtinam meis uisceribus alcides foret
Exectus infans:nunc datũ ẽ miseræ:datũ
Videre natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur scire quod fatum mihi
Eripere posset:quis memor tui
O nate popul⁹.omne nã ingratũ ẽ genus
Petã cleonas:archados an populos petã
Meritisq; terrã nobilem quæram tuis:
Hic dira serpens cecidit;hic ales fera.
Hic rex cruentus:tua fractus manu:
Q ui te sepulto possidet cœlum leo.
Si grata terra est.populus alcmenam tuã
Defendat omni:thracias gentes petam
hebriq; populus hæc quoq; ẽ meritis tuis

Defensa tellus. stabula cum regno iacent
Hic pax cruento rege prostrato data est.
Vbi enim negata est quod tibi iilœlix an9
Q uæram sepulchrum: de tuis tot9 rogis
Cõtẽdat orbis: reliquias magni herculis:
Q uis popul9: aut q̃ tẽpla: quæ gens colet
Q uis iã petet. quis poscet alcmenes on9:
Q uæ tibi sepulchra nate: qs tumul9 sat ẽ
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi
Q uid aïe trepidas: herculis cineres tenes
Cõplectere ossa; reliquiæ auxiliũ dabũt
Erunt satis præsidia terrebunt tuæ:
Reges uel umbræ Phi. Debitos nato qdẽ
Compesce flet9 mater alcmene inclyti
Non est gemẽdus: nec grauí urgẽd9 nec
Virtute quisquis abstulit fatis iter:
Aeterna uirtus herculem fleri uetat
Fortes uetat mœrere: degeneres iubet.
Al. Sedabo quest9. uindicẽ amísi parens
Terræ atq; pelagí: quaq; purpureus dies
Vtrunq; clara spectat oceanum, rota
Q uot misera in uno condídi natos parẽs
Regno carebã: regna sed poteram dare.
Vna inter oẽs terra quas matres gerit
Votis peperci: nil ego a superis petii
Incolumi nato. quid dare herculeus mihi
Non poterat ardor: quis deus quicq̃ mihi
Negare poterat uota in hac fuerũt manu
Q uicqd negaret iuppiter, daret hercules
Q uid tale genitrix ulla mortalis tulit.
Defleuit aliqua mater & toto stetit:
Succisa fletu bisq; septenos greges
Deplanxit una; gregibus: æquari meus
quod ille poterat: matrib9 miseris adhuc
Exemplar inges deerat. alcmenæ dabit
Cessate matres. pertinax siquis dolor
Adhuc iubet lugere; quas luctus grauis
In saxa uertit. cedite his cuncte malis
Agedum senile pectus. o miseræ manus
Pulsate. & una funeri tanto sat est.
Grandeua anus defecta. qd' totus breui
Iã quatet orbis. expedí in plãctus tamen.
Defessa quaq̃ brachia. ut inuidiam deis
Lugendo facias. aduoca in plãctũ genus.
Alc. de mõrte nati queritur.

RLete alcmenem: magniq; iouis.
Plangite natum; cui concepto

¶ Defensa: quia ibi interfecit diomedem. Vbi. q. d. inul lo loco: quia toti mundo dedit pacem. Contendat: ut ha beant cineres tuos. Onus: urna quam gestabat alcmena mauibus. Totus orbis: tua fama erit tibi magnum sepul chrum per totum orbem. Quid aiæ: ad seipsam dicit nõ timendum est: dum tenes cineres filii: quia adhuc erunt tibi præsidia quando reges adhuc timebũt umbram her culis. Debitos consolatur alcmenam philotetes. Abstu lit iter: nam cum mors extinguat omnia sola uirtus sup stes restat: unde non est dolendum de morte filii qui tot præclara facinora egit ut imortalitatem nominis sui me ruerit. Degeneres: uiles carentes uirtute. Sedabo: inter rogatiue cessabo. Vindicem: unde magna est mea iactu ra. Vtrunq; oceanum: orientem & occidebtem. Quod amisi unum filium sed possum existimare perdidisse mul tos in uno: nam plures ualebat. Condidi: sepeliui. Pote ram dare: & si non haberem filium regum uictorẽ. Vna cum haberem filium herculem nunq̃ feci u ota diis quia illis non indigebam. Quid: quasi dicat: omnia poterat dare. Manum. s. herculis. Defleuit: nunc comparat mi seriis aliorum. Bis septenos quattuordecim filios: Nio bem intelligit de qua diximus in prima tragœdia. Ille: meus hercules. Quot gregibus: quam multæ multitu dini filiorum poterat æquari. Alcmene: ipsa ut numera ret inter miseras matres. Dabit: scilicet exemplum mise ræ matris. Cessate. o matres iam cessate a luctu & conso late uos in comparationem mei. Pertinax: adhuc durãs. In saxa: sicut dicitur de niobe. His malis. s. meis. Nam plura habeo quam uos omnes simul. Agedum: exhor tatur seipsam ad luctum. Vna: ego sola non sum satis ad tantum luctum. Vnde uellet totum mundum resona re planctu. Breui. s. spacio nascẽtur monstra nec erat her cules: & eum omnes uocabunt. Expedi: exere brachia nu da' ad plangendum.



Lete: mutat uersum & facit anapesticum. Alcmenem: miserias meas.

¶ Hic pax: illic pax trãquilla duce filio. De tuis totus rogis: quæritur gloria a populis p monumenta uirorum præstantium: quem admodum grauis illa & capitalis pugna testificatur inter himerenses & catanenses exorta de cineribus Stesichori ad quam dirimẽdam Phalaris Astiphaleus iudex electus fuit: & tandem pro Cataneis prolata sententia: quoniam apcatane studiis litterarũ operam nauasset egregiã. Ime reus enim fuit Stesichorus poeta cæcus: cæterum facun dissimus. Onus alcmenes: herculem. Hic totus orbis: coelum sepultura est urna carentibus. tu uero ubiq; eris præsto fama & meritis. Reliquiæ Herculis: etiam mor tuus tibi opem feret hercules. Non est gemendus: mors eorum minime lugenda est: quorum laus emori non po test. Vindicem: ego parens amisi uindicẽ terræ. Quot misera: unus hercules est mihi fœdus pro innũeris gnatis quo solo eram regina. nam gloria parentis est filius sapi-



ens. Succisa: orba fœtu priua. Cessate matres ego una hodie ãtecedo omnes miseras miseria. Lete: herculearum uirtutum per lugentem Alc menam anacephaleosis: carmine pindarico.

DAN.

BER. ¶Eous:anrora. Contulit:coniunxit. Plus luce:quam uis lux sit utilis uite:tamẽ aliquid maius petit scilicet Her. Penetrare.ire quando illos interfecit. Madens :sanguinolentum. Cerula: quia est insula in mari clara tonante quare ibi iuppiter est educatus. Centum: nam ibi centũ erant urbes ut inquit Virgi. Idra:nam in creta idra mõs aliusq; eiusdem nominis in phrygia. Arma:nam illi sacerdotes galeas & arma percutiebant in sacrificiis ut plene scribit Ouidius in fastis. Creta:uocatiui casus. Genus: appositio est.nam gens archada ut supra diximus:asserebat sese ortam esse ante lunam & sidera unde dicit phœbo uondum nascente. Iuga spartes: montes lacedemonis & nemeæ resonent planctu. Mænala:montem archadie. Poscite:repetite. Setiger:aper ab illo in agris uestris fuit interemptus & ales ideſt alites stymphalides. Sequi: sagittas nam uulnerata cadebat ad terrã cũ sagittis. Velata:nam cum alis obscurabant lucem. Sitoniæ:thracenses. nam sitõn mons est thraciæ. Infan : quia stabula.i. equi diomedis non uescuntur uestris infantibus. Viscera:filios uestros. Libera tellus.s.libia. Plaga rapta: hispania de qua rapuit her. armenta gerionis. Vtraq; thetis: utrumq; mare orientale & occidentale. Vos quoq; : etiã dii debetis flere quia profuit nobis quando gigantes uolebant ascendere cœlum. Numina dei:appositiue turba citati ideſt uolubilis cœli. Tulit cœlum:suppositum humeros loco athlantis. Spirauit:uoluit spirare & quiescere.

Vbi:uertit sermonem ac iouem dicens ubi iuppiter est cœlum quod promisisti filio. Mortalis:nam illum immortalem facere promiseras.

DAN. ¶Vos:crasis in dictione aut melius secundum græcam inflexionem quæ est γώ ὸ.οὸ.inde torqnetur νῶϊν que dictio nonnunquam corripit primam apud latinos qd nusquam inuenies in græcis auctoribus:cur id agant latini uiderint eruditi: duæ noctes fuerunt commissæ dum herculem fereret iuppiter. Quorum.ad significatum. Iussit:coegit ut annisum dicere inflit. Ponere : apheresis. Madens:illotum cruore. Centum :numerus est discretus apud Homerum. Armis:quibus excelluit. Nõ dum phœbi.ideſt luna nam prosi lines dicti sunt teste apolonio & Plutarcho in quæstiõibus. Velata:actiue dixit Argolice:castiga argolici. Sithoniæ:thracia teste .i. Gelio.uetusto nomine Sithon appellata est.inde Sithonius & Sithonis declinata. Vescitur : aul passiue positũ est:aut per hipalagen lege. Thetis:tropas. Citati uersatilis & uolubilis. ¶Peperci

Lux una perit: nocteſq; duas
Contulit eos ipſa quidem
Plus luce perit: tote pariter
Plãgite gentes: quorum sæuos.
Illæ tyrannos iussit stygias
Penetrare domos populisq; madens
Ponere ferrum. ffetum meritis
Reddite tantis totus: totus:
Perſonæ. orbis fleat alcidem
Cerula crete. magno tellus
Glara tonante, centum populi
Brachia pulſent; nunc curetes:
Nunc coribantes arma idea
Quaſſate manu armis illum
Lugere decet nunc nunc funus
Plangite uerum: iacet alcides.
Non mirror ipſo creta tonante.
Flete herculeos arcades obitus:
Nondum phœbo naſcente genus.
Iuga ſpartes nemeæq; ſonent.
Feriatq; grauis mænala planctus
Magno poſcite alcidẽ gemitu:
Stratus ueſtris ſetiger oris:
Aleſq; ſequi iuſſa ſagittas:
Totum penniſ uelata diem
Flete argolice: flete cleone
Hic terrentem mœnia quondam
Veſtra leonem fregit noſtri
Dextera nati. date ſithoniæ
Verbera matres. geliduſq; ſonet
Planctibus hebrus: flete alcidem:
Quod non ſtabulis ueſcitur infans.
Nec ueſtra greges uiſcera carpunt.
Fleat antœo libera tellus:
Erepta fero plaga gerione.
Mecum miſeræ plangite gentes.
Audiat ictus utraq; theti.
Vos quoq; mundi turba citari
Flete herculeos numina caſus.
Veſtrum alcides. ceruice meus
Mundum ſuperi cœlumq; tulit.
Cum ſtelligeri uictor olimpi:
Pondere liber ſpirauit athlas
Vbi nunc noſtræ iuppiter arces:
Vbi promiſſi regia mundi:
Nempe alcides mortalis obit.
Nempe ſepultus: quotiens teliſ

Facibusq; tuis ille pepercit.
Quotiens ignis spargendus erat:
In me saltem iacularе facem
Semelemq; puta:
Iam ne elysias o nate domus
Iam littus habes: ad quod populos
Natura uocat: an post raptum
Styx atra canem præclusit iter:
Teq; in primo limine ditis
Fata morantur: quis nunc umbras
Nate tumultus manesq; tenet:
Augit abducta naulta cymba:
Et centauris thessala motis
Ferit attonitos ungula manes.
Angueſq; suos lydra sub undis
Territa mersit: teq; laboreo O nate timēt.
Fallor: fallor; ego uesana parens;
Nec te manes umbræq; timent.
Non argolico rapta leoni
Fulua pellis contecta iuba:
Leuos operit dura lacertos
Vallentq; feri tempora dentes.
Domum pharetræ cessere tuæ;
Telaq; mittet iam dextra minor.
Vadis inermis nate per umbras:
Ad quas semper mansurus eris.
Hercules Alcmena. Her. loquitur.
q Vid me tenētē regna sŏderei poli
Cœloq; tandē redditū plāctu iubes
Sentire fatum parce: nam uirtus mihi
In astra & ipsos fecit ad superos iter.
Al. Vnde sonus trepidas aures ferit:
Vnde meas inhibet lachrimas fragor:
Agnosco agnosco uictum est chaos.
Astige nate redis iterum mihi.
Fractaq; non semel est mors horrida.
Vicisti rursus noctis loca.
Puppis & infernæ uada tristia.
Peruius est acheron; iam languidus:
Et remeare licet soli tibi
Nec te fata tenent post funera.
An tibi præclusit pluton it
Et pauidus regni metuit sibi.
Certe ego te uidi flagrantibus.
Impositum syluis compluribus
In cœlum furerent flammæ minis.
Arsisti certe; uerum ultima

¶ Pepercit: beneficia her. exprobabat ioui nisi fuisset hic cu. q; fulmina expendisses cōtra tyrānos & monstra. Ignis spīmen. Iaculare: saltem si non uis susciperе filium in cœlum mitte in me fulmen ut feciſti in semelem matrem bac chi cuius fabula nota est apud Ouidium lib. meta. Natura quia naturaliter omnia moriuntur. Præclusit: an clausum est tibi iter ut non possis trāsire quod timeatur ne iterum rapias cerberum ut feciſti prius. Morantur: tenēt ne ingrediaris. Quis quantus tumultus debet esse in inferno. Nauita: charon: credo q; ipse fugiat. Cenaturis: qui dicūntur esse in primo gressu inferni cum uiderunt te fugiunt: & alios ungulis suis feriunt fugiendo. Idra: quæ ē in primo limine inferni: ut scribitur a Virgilio. Mersit: quare adhuc est illi sua figura. Angues: quia plura capita habebat. Labores: mōstra quæ uiciſti. Fallor. nunc castigat se q; filius non est ita terribilis quemadmodum erat i mūdo: cum illic nulla arma habeat quod sane satis nobis mōstrat in extrema die nulla arma prodesse. Argolico: que; interfecit apud Cleonas. Contecta: uestita pilis fuluis.
Operit: tegit siniſtrum brachium tuum. Valant: circundant caput. nam rictus leonis gestabat in capite & reliquā partem supra humeros. Dentes. s. leonis. Donum: nā sagittas reliquiſti philothete. Pharetre: appositiue donum.
Dextra minor. philotete. Mansurus: non rediturus.



Vid me: alcmena audit uocem dicētē mater quid flendo monstras me mortuū qui iam teneo cœlum. Fatum: mortē. Parce: noli plorare. Vnde alcmena audiens ista uerba miratur ūde sit ista uox credo q; hercules reuersus est ab inferis & illic omnia ipsum timuerunt. Inhibet: prohibet ne ploret. Chaos: infernus. Non semel: bis uictus tibi infernus & mors horrida. Peruius: per quem potuiſti iterū redire. Remeare: reuerti. Tibi soli: quod aliis non cōtingit. Tenent: quod non redeas. Metuit: ne raperes regnū inferni. Certe: uidi te ardentem in rogo & mortuum: sed tamen non potuiſti retineri apud inferos.
¶ Ad quod: littus. Populos: animas. nam perpetuus ad mortem concursus & turbæ uix satis una ratis. Fugit: interrogatiue legendum est. Fallor: petebat enim tartarea; militiam nudus & sine armis. nam licet quis clypeo se protegat & galea. Mors tamen inclusum ptrahet inde caput.



Vid me: cataſtrophe de omni mortalitate i apotheosim meritis aureæ uirtutis. Solat matrem. Hercules iam deus effectus. Vnde sonus: quem audiui indicem filii mei iā in collegium deorum translati. Iterum: quia semel cum theseo.

DAN.

¶ Præcor: dic quid tui: casus genitiui. i. quid te tumuerũt
Vmbra. s. tua. Non me: respõdet umbra herculis se nõ
fuisse apud inferos: quia satis fuit quod uiuens illud ad-
erit. Tui: ex parte tui genitricis quæ mortalis es expurga-
tum fuit i his rogis. Tulit: expurgauit. Paterna: pars di
uinitatis quæ ex ioue erat: est reddita cœlo. Virtus: facit
im mortales & timidi qui habẽt uicia moriũtur. Præsens:
dicis te nescire unde sit hic sonꝰ uenit ille ex cœloꝰ ubi ego
sum. Euristheus: iam euristheum non timebis quem su-
pra diximus iperasse. Herculi hic tibi dabit pœnas. Trã-
scendens: superans superbum caput. i. euristheum. cũ me
filium tuum deum habebis. Mane: rogabat mater ut re-
sisteret: & ille fugit ab oculis eius. Credula: quia miseri pu-
tant uidere interdum quod non est uerum. Canam: ibo
thebas & aperte denũciabo herculem factum deum esse.

NVnq̃: uersus anapesticus. hic chorꝰ laudat uir
tutẽ quæ sola imortales homines facit. ut pla-
to plene testatur qui uoluit puris animabꝰ adi
tum patere in cœlum: contaminatas uero de-
primi in terris addẽdo cocytos phlegetontasq;
fluuios flãmiuomos. Lætheos: infernales. Summas ho
ras: ultimum tempus uitæ. Pandet: aperiet. hi sunt de qui
bus Maro inquit. Hos ardẽs euexit ad æthera uirtus. Sed
tu: iam præcatur Herculem tanquam deum. Ades: faue
as nobis & gere curam nostri: ut si quod monstrum natũ
fuerit de cœlo mittas fulmina.

¶ Vmbra: simulachrum enim petit inferos: cœluꝫ anima
& corpus in puluerem soluitur.

NVnquã stygias: laudat he[illegible] & numen
adorat uirtutis herculeæ: p[illegible]us tandeꝫ in
optatum portum: lector can[illegible]de. pelagus ingẽs
emensi precipiti cursu: perfecimus nãq; intra mẽ
ses tris iter nouem annorum: non absq; tamen periculo
imminentis naufragii. naꝫ importunissimi isti remiges no
stri dum nimis auide ad tuam pecuniam uela contendũt:
in infames scopulos: in scæuam charybdim & scyllam im
manem hanc meam futilem cymbam propemodum per
traxerunt. erat enim hoc mare nauigandum rate fatidica
& magistro tiphi. sed gratias tandem cũ coronis deo opti-
mo persoluamus uendibiliori merce posthac nauigaturi.

FINIS.

¶ Habes amice lector cõmentaria in aureas. L. Aenei Se
necæ tragœdias tanto uitæ bono: ut si diligenter eas per-
geris: nihil tibi conducibilius reperire possis ad bene uiuẽ
dum: & ad rerum locorumq; omniũ fatiam cognitionem.
ibi sententiæ graues ad instituendum uitæ modum: hysto
riarum fabularumq; enarratio: fortunæ uarietas urbium:
montium. aquarum: maris & fluuiorum: regionum po-
pulorumq; descriptio: uerborum enucleatio: ordo textus
ita simplex: ut quisq; nouitius omnia facile percipere pos-
at. Itaq; leges gratumq; accipies: si minima profecisse
mus: ut tu maiora inuenire possis. Vale.

Non tenuere tuas umbras loca.
Quid timere tui manes præcor.
Vmbra quoq; est diti nimis horrida
Her. Nõ me rigentis stagna cocyti tenẽt
Nõ puppis umbras fur ua trãsuexit meas
Iam parce mater quæstibus: manes seme
Vmbraq; uidi: quicquid in nobis tui.
Mortale iuerat: ignis inuictus tulit:
Paterna cœlo pars data est: flammis tua
Proinde planctus pone: quos nato pater
Genitrix in ortu luctus in turpes eas
Virtus in astra tendit: in mortem timor
Præsens ab astris mater alcides cano:
Pœnas cruẽtus iam tibi euristheus dabit
Curru superbũ uecta transcendẽs caput.
Me iam decet subire cœlestem plagam
Inferna uinco rursus alcides loca
Al. mane parum per: cessit: ex oculis abit
In astra fertur: fallor: an uultus putat
Vidisse natum: misera mens crudela est:
Es numen & te mundus æternus tenet.
Gredo triumphis: regna thebarum perã:
Nouumq; templis additum numẽ canã.

Chorus.

NVnq̃ stygias fertur ad umbras:
Inclita uirtus: uiuite fortes
Nec lœtheos sæua per amnes
Vos fata trahent: sed cum summas
Exiget horas consumpta dies.
Iter ad superos gloria pandet.
Sed tu domito: magne ferarum
Orbisq; simul pacator ades.
Nunc quoq; nostras respice terras.
Et si qua nouo bellua uultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange trisulcis:
Sortitus ipso genitore tuo
Fulmina mittes.

1498

Venetiis diligenter impressum per Ioannem Tridinum de Cinzeto alias Tacuinum. M. cccc. xcviii.
die uero mensis Aprilis septimo. Laus Deo & beatissimæ uirgini Mariæ. [illegible] Sanctis

1718
14.98
220.